

priæ excellentiæ, & inuidia est odium felicitatis alienæ, & hæc sequitur superbiam, amando enim quisque excellentiam suam, vel patribus inuidet, quod ei coequantur, vel inferioribus ne sibi coequuntur, vel superioribus, quod eis non coequuntur, superbiendo igitur inuidus, non inuidendo quisque superbus est, & Polybius lib. I. Histor. ait præclara facinora, & res ab aliquo egregie gesta, magnam plerunque inuidiam, & graues calumnias confundere solent.

De agnatis, & alijs pro delictis suorum conueniendis, & de animalibus pro noxa dandis.

FRAGMEN. LI.

IN 2. par. car. 73. num. 175. Ad statutum Florentinum quo caueatur, quod illi de agnatione teneantur. rubr. ni fallor. 44. in 3. volum. vide Bald. in l. prouisum, C. de fabricens, lib. 10. & in l. 1. alias, in rubr. res inter alios act. & ibi latè Tiraq. & Corset. sing. 314. in verb. statutū, 10. & nedium persona damnum dans tenetur emendam solvere, sed animalia mansueta puniuntur, vt nume. 176. danturque pro noxa, vt equus, canis, bos, & huiusmodi, nisi Dominus soluerit damnum datum in pascuis, & rebus: si autem damnum datum sit in personam, idem dicendum est quando bos petit cornu contra naturam, equus calce percussit, & canis momordit, & ad hoc plutes quæst. trad. Bonif. de damn. dat. nu. 4. vsque ad nu. 9.

De appellatione deserta, aut per empta, & de nulliter appellante, et de restitutione, (nel buon di.)

FRAGMEN. LII.

IN 2. par. car. 75. lit. B. scias quod lata sententia in prima instantia, & transacto tempore ad appellandum si vixit post tempus appellat, talis appellatio est nulla, ex quo post decem dies ad appellandum transactos appellavit, Authen. hodie, C. de appellat. cap. cum dilecti. in fide elect. Marant. in 6. par. 1. in vers. appellatio. nume. 202. & C. de tempo. appellans nec ullum iuris effectum operari potest, cap. quamvis, & c. clipientes, vbi glo. de elec. pulchrè Vant. de nullit. ex defec. iurisdict. nume. 89. & idem fideiussio, & omnia hac de causa data, & facta in nihil resoluuntur, l. cum principalis causa, de regul. iur. cap. accessoriū, cod. ut. in 6. & si dicta appellatio post tempus interposita, etiam deserta remanserit, adeo quod duplice vitio nullitatis subsistat, multò magis omnis evanescent, Authen. multò magis, C. de sac. sanct. Eccles. & condemnatio expensarum nequaquam excusari potest, alioquin iudex faceret litem suam. Put. in vers. expensi, cap. 1. & 2. & si appellans per viam gratiæ fuerit restitutus à Principe aduersus desertationem instantiæ, & vt Florentiæ dicitur, rimebo nel buon di, iunc talis restitutio non iuuabit impenitentem: quoniam tempus primum ad

appellandum iam perierat, & solum intelligitur restitutus quo ad desertionem seu peremptionem appellationis, & non primi temporis. Nam rescripta Principum gratiæ ad præiudicium partis non impenitantis concessa sunt strictè interpretanda, l. quicquid adstringendæ, de verb. oblig. & sunt odiosa, cap. quamvis, de præben. in 6. & sunt majoris præiudicij, quam rescripta iustitia, Bald. in l. 1. C. de divers. rescr. Dec. in rubr. ext. eod. & cum suppreßa sit qualitas nullitatis pri. mæ appellationis, & expressa dumtaxat qualitas nullitatis, secundæ ob desertionem illius tunc rescriptum gratiæ tanquam obreptitium nihil operatur. Felyn. in cap. in nostra, de rescr. & facilius irritantur, quam rescripta iustitia. Gemi. in cap. si nulla, colum. l. de præben. in 6. Gomez. in rubr. de rescr. num. 16. Rip. in rubr. de rescr. extra nume. 17. Secus si intra debitum tempus appellationum fuisset, quia restitutio nel buon di, verificaretur, sed cum dies ad quam gratia refertur sit mala, & non bona, merito rescriptum nihil valet, l. eius qui. §. penul. ff. si cert. pet. quia relatum dicitur esse in referente, cum omnibus suis qualitatibus bonis, vel malis, l. ase toto. ff. de haered. institu. & idem qui audis aduersarium tuū faisse remissum nel buon di, opponas statim exceptionem incompetentiæ, & coram iudicibus obtinebis, si ius tuum defendere scias. Et qui appellat solum ab expensis, in expensis condamnatus est, ob reuerentiam quam tenebatur habere versus iudicem à quo: est materia, c. vt debitus, de appellat.

An sententia lata contra principalem, noceat, fideiussori contractus, eo non citato.

FRAGMEN. LIII.

IN 2. par. car. 76. sub nu. 215. in fi. Ceterum nunc dico, quo ad fideiussorem contractus quod sententia lata contra principalem, non vocato fideiussore patitur aliquale præiudicium, gloss. in l. 1. ff. de c. except. rei iudic. & toto tit. C. quibus res iudic. non noc. saltem facit præsumptionem contra fideiussorem, Mars. in l. de uno quoque, nume. 35. de re. iudic. non tamē facit plenum præiudicium, quia sine novo processu exequi non potest, doctrina Batt. in l. 1. sub nu. 2. ff. iudic. sol. quam ait. omnes tenere, & veriōtem esse; Nam is fideiussor dicitur largo modo persona tercia ad trad. per Dec. cons. 93. sub nu. 2. contra quam sententia tanquam contra alios, exequi non potest, tot. tit. res inter alios act. opus enim fuit ipsum quoque citari. l. de uno quoque, ff. de re iudic. Cano. in cap. sapè. eod. tit. Barto. & alijs. in l. à sententia, de appellat. Bald. in l. 2. C. de eden. plura iura per Mars. in rubr. de fideiuss. sub nume. 348. & 349. idem in sua repet. d. l. de uno quoque, sub num. 58. Nat. cons. 345. sub num. 2. volum. 2. Afin. prac. §. 7. cap. 5. limit. 2. num. 6. & in §. 31. cap. 2. ampliat. 22. Gabr. cons. 43. nu. 32. 33. 34. vbi trad. an & quan. quis dicitur fideiussor contractus, & facit Causulan. alios allegans decis. 22. nu. 54. par. 5. Surd. decis. 212. sub num. 11. 12. & 13. & ipse teneo quod eo magis fideiussor citandus erat, si æque principaliter, & in solidum erat obligatus, per d. iura. quæ adducit Mars. d. repet. l. de uno quoque, sub num. 58. cod.

et. dñe iudic. Idem & multò magis si fideiussor pendente iudicio contra principalem suum petierit se velle citari, & audiiri, Bald. in l. duob. §. igitur, ff. de iure in r. V. fill. ad Afflict. decisi. 182. Moscatel. de fideiussor. Mod. 12. nu. 37.

At si in fideiussione adessent clausulæ importantes viam latæ sententia, ut in pacto de capiendo, vel constituto precati, secundum Franc. Aret. cons. 21. in s. & Soc. cons. 82. col. 4. vol. 3. quos alleg. Marant. de ord. iudic. par. 6. actu vlt. sub nn. 33. vbi dicit notandum, quia multi Doctor. contrarium respondent, tunc superflua videretur citatio fideiussoris, idem quando fideiussor renunciasset citationi, quod non habet dubium, quod ipso soli renuntiatio nocet, Mass. in d. rubr. de fideiussor. in princip. nam fauori suo quis renuntiatae potest, copiosè Fely. in cap. si diligenter, de for. compet. Soc. reg. 419. idem si fideiussor est facta in instrumento guarentigato. Bald. in Ls. pro ea. num. 7. C. amanda. Nam effigies grataentigia. sed ipsa guarentigia nil aliud est, nisi quoddam præceptum factum à Notario debitori ut soluat. secundum Asin. de execut. § 1. cap. 25. multò magis si esset cautela in fiascripta adhibita, nem pē quod fideiussor vult contra eum exequi eo etiam non citato, quæ videatur idem importare prout renuntiatio de qua paulo ante dictum est. At vbi opus sit novo processu debet fieri nullum summarie, & videretur sufficere, quod lata sententia contra principalem, non citato fideiussore deberet citari ante executionem ad dicendum quare talis sententia contra eum exequi non debet, & hanc practicam trad. quique Moscatel. Regnol. d. tract. de fideiussor. Mod. 12. qui si nil aliud opponat nisi quod non debet exequi: quia non fuit citatus, hæc sola, & nuda exceptio, non relevaret si fideiussorem, per ea quæ dixi in 6. pat. num. 317. & per V. art. de nullit. tit. Qualiter senten. &c. sub nu. n. 126. At si fideiussor excipiat etiam de nō liquidatione processus, liquidatio est fienda, secundū Nat. cons. 345. volum. 2. antequam exequatur, idem si excipiat de pacto de non petendo, aut de nō soluendo, aut de solutione, uel de excusione secundū terminos iuris communis, tunc retardabitur executio per Nat. mox adduct. Nam ex exceptio competens principali, competit pariter fideiussori, cap. accessorium, de reg. iur. in 6. Signorol. cons. 184. Bursat. cons. 203. num. 10. Alciat. cons. 594. & vid. Bertazol. cons. crim. 18. sub num. 14. & 15. dicentem quod & si paclum es. set in instrumento, vel decreto caueretur, quod sententia lata contra principalem noceat fideiussori, ait procedere quo ad pñnam, secus quo ad damna & interesse. Maran. de pac. & reg. q. 53. par. 2. Hercul. de caut. c. 29. num. 9.

Inobedientia quando noceat.

FRAGMEN. LIII.

IN 2. par. car. 79. sub num. 240. ibi at si quis. adde quia inobedientia vestita contemptu est grauissimum peccatum in eo qui de iure parere tenetur de celebr. Miss. dolentes, vbi gloss. & equiparatur heresi. 8. quæst. 1. sciendum, & secundum Rolan. à Vall. cons. 47. num. 4. vol. 2. melius est enim obediens, quam sanctificari. Bolog. cons. 22. n. 2. & qualiter inobedientia cõcepti & puniatur vi. Fel. c. 2. vers. vlt. de maio. & obe-

rebat oiam multa rem in. I. p. 1. cap. 1. Subscriptio scripturæ tempus, an sit attendendum, vel quando scriptura extensa, et composita fuit.

FRAGMEN. LV.

IN 2. par. car. 84. sub num. 165. & tempus in principio aut in fine scripturæ non est attendendum, quando illa est à pluribus subscripta, sed illud tempus spectatur quo scriptura est subscripta à contrahentibus, multò magis, si in ea nō fuisset iuxta morem tempus adiectum, & sic tempus ultimi subscriptentis attenditur, quando scilicet tempus est de substantia, ut est in compromisso, ad trad. per Bald. in l. si super rebus, colum. 2. vers. Quæsto. C. de contrah. obl. quia post subscriptionem omnium, & non aliquorum tantum actus dicitur perfectus, l. Tribunus. §. fin. ff. de testa. milit. & robur tunc habere incipit, idem Bald. in l. si quis eum, vers. sed quā horam, ff. de vulg. & pupill. vbi Imol. & Alex. colum. 2. Bart. in l. si rem meam, de verbis. obl. Alexand. in l. Diuus, ff. de fals. Castren. in l. hac consultissima, in princ. C. qui testa, fac. poss.

Actus in dubio in benigniorem partem interpretandus, & in non delictum.

FRAGMEN. LVI.

IN 2. par. car. 84. sub num. 266. vers. Hinc est etiam, semper enim actus in benigniorem partem interpretatur, si ex circumstantijs aliud dicendum sit. vt par. 6. num. 196. & verba quæ sonant in delictum, & non delictum, in dubio in non delictum interpretantur. Bart. in l. non solum, §. sed ut probari. ff. de no. oper. nuntiat. vid. in Repeti. Pract. de test. in vers. Dicta testimoni. Fely. in procem. Gregor. sub nu. 10. limitat non procedere, quando usus est in contrarium.

De præcepto, ne quis sub pena exeat de Palatio.

FRAGMEN. LVII.

IN 2. par. car. 89. sub num. 307. de Rectore retinente inuitum in Palatio, est statutum pœnale Flor. in rubr. 111. volum. 3. sed ex causa urgentissima talia præcepta in facie fieri possunt, vt quando caula sit valde enormis, & inconsuetata, vt per Afflict. de feud. tit. quæ sint regal. cap. 1. §. condonatorum, nu. 33. vbi dat exemplum cōtra eum qui gladio occidit Andram de Isernio virum tam insignem, idem tenet Aegid. in tit. de mult. colum. penul. refert Roland. à Vall. cons. 47. sub num. 50. volum. 2. qui ante sub nu. 46. dicit quod talis citatio sub confiscatione bonorum, tam feudalium, quam allodialium, recessit ab aula, & non esse in usu, per Andr. de Iser. in d. cap. 1. §. contrahentium, in 2. Addit. d. tit.

qua

qua sit regal. Qui tamen causam malo facto suo dedit limitationi prædictam, & de confisca-
tione bonorum, vltra Petegr. de iur. fisc. lib. 5. tit-
ul. 1. de publicat. bonor. trad. etiam Do. Caball.
cas. crim. 182. per tot.

*Securitas alicui data, quod capi non
possit, non prodest si maleficium
fuerit commissum, & si data fuit
in eundo, utique data intelligitur
in redeundo.*

FRAGMEN. LVIII.

IN 2. par. car. 90. sub num. 316. Nota quod se-
curitas data alicui, quod non possit pro debi-
to capi, debet intelligi, praterquam in male-
ficio. l. 2. cum sua glo. C. de ijs qui ad eccles. con-
fug. & si lex concedat quod quis in domo capi
non possit, cum cuique tutissimum refugium es-
se debeat. l. plerique. ff. de in ius voc. tamen secu-
ratus in domo non intelligitur pro crimine, d. leg.
plerique, vbi Doct. quia in hoc reatus tollit pri-
uilegium. l. 2. C. vbi Senator. vel Clariss. Nec pro
debito fiscalis quis erit tutus, non obstante sta-
tuto. S. publicorum, in Auth. demand. Princip.
de ijs pulchre Bald. cons. 400. incip. quod Iaco-
bus part. 1. secus si data fuisset plena securitas,
quia intelligitur etiam pro delictis non exceptua-
tis, & pro debito fiscalis, ut uerbum plena fortia-
tur effectum. per tex. & Doct. in l. nullam, C. de
nauicular. seu naucler. publ. spec. transpor. lib. 11.
vbi Bart. sub. num. 5. ait, quod securitas plena da-
ta eundi, utique intelligitur data redeundi: ratio
est, quia non venit securé qui nequit redire, leg.
sciendum, ff. de legat. cum alijs iuribus, à Bart. in
d. nullam adduct. & in propos. vid. quæ alias di-
xi de gratia simplici, & gratia libera. in 4. par. sub.
num. 228. & indigni gratia sunt, qui licet natura
impellantur ad benefaciendum danti gratiam, l.
sed & si. §. consultuit, ff. de pet. hær. tamen ingra-
ti, & immemoires recepti beneficij existunt, &
secuti gratia gratiam generat: ita ingratitudo gra-
tiam abstulit, quia contrariorum eadem est di-
sciplina. glo. & Doct. in rubr. de acq. poss.

*Conuictus, & non confessus, quando
in pœnam ordinariam condemnari
possit.*

FRAGMEN. LIX.

IN 3. par. car. 97. sub num. 13. scias quod stan-
te dicto statuto, poterit condemnari conuictus, etiam quod non fuerit confessus, in pœ-
nam ordinariam, quamvis delictum sit de illis
quæ fieri nequeunt nisi simul cum socijs, attenta
quadam consuetudine, de qua per scrib. in l. si de-
bitori, ff. de iudic. vid. tamen Boff. in tit. de con-
victis, sub nume. 6. & 7. tenens quod mitius aga-
tur in confessio, quam in conuicto, sed re vera co-
currentibus in confessio alijs administrulis sum co-
traria sententia: quoniam nullæ sunt partes iu-
dicis in confessio, nisi in condemnando, l. C. de

confess. intelligo de confessione ore proprio spō-
tanea, non de illa quæ fuit facta, in contrario me-
tu, vel per torturam, aut per procuratorem, vt per
Duen. reg. 56. & tenet D. Caball. cas. 68. num. 4.
nam spontanea confessio habet vim rei iudi-
cata, secundum Corn. cons. 260. incip. visa, littera D. in 3. par. vbi proprie loquitur in criminis
libus: est verum quod per statuta remitti solet cō-
fidentibus certa pars pœna, ergo mitius in con-
fello, quam in conuicto qui propter eius obsti-
nationem acrius puniri deberet: at si obstinatio
passa sit tormenta, ferè pœnam passus est, quæ de-
re non est addenda afflictio afflictio. l. naui. ff. ad
leg. Rhod. de iact. at si nulla tormenta passus sit,
non dicitur obstinatus, ergo obiectum cessat, ul-
terius scias quod statutum in materia conuicti
non habet locum quando pro conuicto habere-
tur ille qui volens, se defendere, defecit in pur-
gationem, secundum Abb. in cap. insinuatum,
num. 6. de simoni. & in cap. inter. num. 6. de pri-
uileg. Præterea in hoc proposito conuicti de cri-
mine, quod sine socijs non fit, adverte, quod is cō-
uictus non est interrogandus de socijs, nisi etiam
confessus esset, licet Clat. §. fin. quæst. 64. vers. ve-
ritas, aliter sentire videtur: Nam si quis est tan-
tummodo conuictus, & de se negavit, & nō fuit
confessus, quomodo poterit, aut debuerit inter-
rogari de alijs consocijs criminis. Nam negato
principio denegatur finis, l. oratio. de sponsal. nisi
interrogaretur, non vni principalis quo ad se, sed
vix testis quo ad alios, verum nec ista ratio qua-
drat præsupposito quod iam fuerit interrogatus
de die, loco, & personis, circa delictum, & an ip-
se fecerit, vel interfuerit, aut viderit, & respon-
sionem penitus negatiuam dederit, & in ea pet-
severauerit, frustra ergo interrogabitur de socijs.
Verum tamen in practica admittitur ijs non ob-
stantibus, quod conuictus tantum possit etiam
de socijs interrogari, & tenet Dom. meus Ca-
ball. cas. crim. 200. nume. 126. verum residet in
arbitrio iudicis, & trad. Clat. q. 21. vers. dictum
socij. ibi sed certe ista confuetudo.

*Qualiter tacitum taciti, reuisionis reu-
sionis, seruitus seruitutis, restitu-
tio restitutionis, non dantur.*

FRAGMEN. LX.

IN 3. par. car. 101. sub num. 47. cir. ff. Nec de-
bentur expensæ de expensis, Bald. in l. 2. in fi.
C. de fruct. & lit. expens. Decia. cons. 1. nu. 108.
volum. 2. vbi ait, quod tacitum taciti non datut,
sicut nec seruitus seruitutis, l. 1. ff. de seruit. legat.
Bald. in l. fi vxat tua. num. 10. in fi. C. de condic.
inser. Nec datur reuisionis reuisionis, vt dixi. in 6.
par. nume. 527. & hic nota quando datur reuisionis
non sit nouus processus, sed iam factus reuide-
tur. vt in Rot. Floren. seruatum est, secus si con-
cederetur reuisionis non citato in causa, nec auditio,
quia sapit naturam appellationis, vnde succedit
illa reg. Non probatum probabo de qua Cano.
in cap. fin. de probat. & ipse dixi. nu. 184. & 207.
par. 4. de test. & in ea. Pract. de test. n. 218. par. 5.
Nec conceditur regulariter restitutio restitutio-
nis, vt dixi. in d. 6. par. sub nume. 208. quibus in-
locis tradidi quando etiam locus sit revisioni re-
uisionis, necnon restitutio restitutio. &
quod

quod usuræ usurarum non debentur, limita nisi usuræ facta sit sors, & sors ista solui retardetur. Iuxta tex. l. idemq; & in fundo. §. si procurator, in fi. vbi glo. usuras, ff. manda. quod not. pulchre Rot. Genuæ decis. 78. nu. 15. & 16. & no. etiam, quod inter usuram, & pœna est differentia, quia usuræ quādoque etiam sine mora, ex stipulatione debentur, l. lecta, §. fin. si cert. pet. Sed pœna sine mora, aut delicto non debetur, l. aliud, de verb. signif. & quandoque usuræ apponuntur loco pœnæ, & econtra. Bart. in l. qui sine, ff. de neg. gest.

Interrogatus an velit uti aliqua re, et respondens quod sic: non potest allegare ignorantiam.

FRAGMEN. LXI.

IN 3. par. sub nu. 68. in fi. car. 103. & no. quod si producens interrogetur, an velit uti dictis testium, aut instrumento, vel alia scriptura priuata subscripta vel testib. munera, & respondeat, quod sic, tunc non poterit amplius allegare ignorantiam ad excusandam falsitatem, Bart. in l. 2. ff. de fals. Angel. de malef. in verb. falsarios, & alij quos Surd. in decis. 16. per tot. alleg. & vide in 6. par. sub num. 218.

Fuga an sit delictum.

FRAGMEN. LXII.

IN 3. par. car. 106. sub num. 89. versic. Qua de re fuga. adde quod fuga est etiam delictum, quando miles fugit e castris, leg. desertores, cum concord. C. de desert. lib. 10. idem de fuga officialis à syndicatu, vt in par. 5. num. 61. idem in fuga seruorum, tot. iit. C. de ier. fug. vbi latè Czpol. idem quando Monachus, aut Monialis, fugiunt à Monasterio, vel alia non monialis, dum sub custodia detenta est. cap. 5. de stat. monach. & contra eas eximentes. vid. Franc. Marzar. decis. 960. & dixi supra Fragment. 47. & 48. uer. Hinc est.

Gratiæ petens an faciat inditium contra se.

FRAGMEN. LXIII.

IN 3. par. car. 106. sub nume. 65. in fin. adde, quod nec gratiam petens facit contra se inditium, unde non dicitur fateri delictum. Nec potest cogere uolentem uti gratia impetrata, quod fateatur delictum alias non vter ea. Alexand. in l. 1. colum. 3. ff. de oper. no. nuntiat. idem in l. decem. ubi etiam Ias. de uerb. oblig. Felyn. in c. litteras, de prescript. Boss. in titul. de remed. ex sola clement. Princip. numero 29. vbi allegat Aliud.

Tortus quando inditum contra se faciat.

FRAGMEN. LXIV.

IN 3. par. car. 108. Aduerte quod tortus qui modo ait, modo negat toties contra se inditum subministrat, & usque ad tertiam vicem potest extolliri, ve dixi. sub num. 234. in ea. 3. par. car. 129. & ita seruatur, & tenent. Put. de syndic. in ver. tortura. Foller. pract. crim. in verb. & si confitebuntur, sub nu. 109. Boet. decis. 163. num. 19. cū seq. quam Pract. aiunt tenere Bart. in l. vnius, §. 1. Quæritur hic, ff. de quæstio. vid. ia hac 3. par. num. 185.

Probatio priuilegiata, quæ sit, & qualiter facta in ciuilibus, faciat inditum ad torturam in criminalibus.

FRAGMEN. LXV.

IN 3. p. car. 109. sub num. 112. ante vers. inditia. scias quod quilibet probatio priuilegiata in ciuilibus, facit inditum ad torturam in criminalibus. Bart. in l. fi. ff. de in lit. iuran. & illa dicitur probatio priuilegiata quando aliquid probari potest per iuramentum, vt de iuramento in item, uel de iuramento damnum passi à statuto concessum, secundum Plot. in reper. l. si quando, num. 691. C. vn. vi. Mascar. de probat. conclus. 832. nu. 20. car. 178. & appellatur probatio priuilegiata ex quo deuiciat à iure communis, vt credatur parti. contra tit. C. ne quis in sua cau. & pet Mascar. conclus. 935. nu. 8. car. 432. sed aduersus officialem nō procedit idē Mascar. concl. 1137. nu. 16. & dixi in 5. par. sub nu. 111. de iuramento suppletorio, quod in hoc non potest tantum, quantum iuramentum in item, & materiam hanc traetatu in 6. par. sub nu. 239. uer. fi. An autem contrarium probati possit vbi cunque iuramentum defertur ex legis, vel statuti dispositione, etiam si lex aut statutum uelit standum esse iuramento, communis conclusio est quod sic, per Catel. Cot. in suis memor. in uerb. Damnum datu, & Asin. de execut. §. 9. c. 181. vers. prædicta conclusio. car. 363. & in d. c. recenset ferè omnes usque ad sua tempora scribent. in hoc articulo.

Aduocatus vel Procurator partis non interueniunt torturæ de consuetudine.

FRAGMEN. LXVI.

IN 3. p. car. 116. sub n. 164. sed quid de Aduocato, aut Procuratore partis; Dico breuiter qd de consuetudine non seruatur quod interueniat quæstionib. seu torturæ, ita semper seruati, & seruari uidi. & facit Clar. §. fi. q. 64. uer. quaro nūc, vbi alleg. Abb. in rubric. C. de quæstio. minus Q. 9. accusa-

accusatores debent, nec possunt interesse tortura, sed Imol. in l. custodias, ff. de publ. indic, videtur tenere quod priusquam reus torqueatur sit disputandum cum aduocatis reorum, super puncto an reus sit torquendus, necno; verum tamen, non seruatur, nisi forte essemus in casu contra personam insignem, & valde magnam, ut Romæ quādoque punctualiter seruatum est. Sed ut plurimum, non seruatur præsertim per supremos iudices, & quando Aduocati perunt circa hoc dubia excitati, iudex solet respondere, quod talia dubia melius soluuntur à reis eorum brachijs, & vid. num. 224. & si datentur aures nūgīs aduocatorum sambrias dilatantum, nunquā cause criminale expedirentur, & cum iudex torqueret non torquendum equidem item suam faceret, vnde non est credendum, quod ex abrupto, & caprīcioso ad torturam deuenerit.

Confessio, an & quando pro parte acceptari valeat.

FRAGMEN. LXVII.

IN 3. par. cat. 115. sub. num. 168, in fin. an confessio pro parte acceptari, & pro parte impugnari valeat, vid. decif. Genus, 95. sub. num. 3. vbi remittit ad arbitrium iudicis per l. publica, ff. de pos. maxime quando est diuisibilis, decif. 122. num. 5. decif. 60. num. 4. Dom. Menoch. de arb. cas. 93. sub. num. 21. & 22. & per D. Pacia. gratis me odentem, de probat. lib. 1. c. 25. per tot. & Bal. in conf. 79. incipiens davanti à voi, vol. 2. vbi contra Bos. & Soc. & per eundem D. Pacia. conf. 99. num. 19. & per D. Farinac. tract. de reo. convicto, q. 71. sub. num. 151.

In ea. 3. p. cat. 117. sub. num. 168, in fin. addo quod quis sine inditij fateretur d. liquisse prouocatus in persona, vel in honore, & constet de delicto, sed non consteret de hac qualitate, nec indititia, nec præsumptiones sint in contrarium, tunc ista sola confessio ita cum sua qualitate acceptari debet quamvis sit qualitas facti per supra dicta & iura, & authoritates, sub hoc n. 168. allegat, quib. addit. decif. Genus, 95. sub. num. 3. vbi ait pēdere in arbitrio iudicis, per l. publica, ff. fi. ff. de pos. maxime quando est diuisibilis, & decif. 122. num. 5. & decif. 60. n. 4. Farinac. de reo confess. & conuict. q. 71. n. 151. Pacia. de probat. lib. 1. c. 25. Bal. cōf. 79. incip. davanti à voi, vo. 2. vbi tenet cōtra Bos. & Soc. rursus Pacia. conf. 98. num. 19. quodlibet delictum habet verisimiliter aliquam causam præcedentem, utputa prouocationem in viro, nō solido delinqüere, & de hac re per Menoch. de p̄f. lib. 5. p̄f. 2. licet in c. 1. d. p̄f. aliter præsumatur vt ipse ait lib. 1. q. 97. n. 8. crumen, vi. omnino Bos. in tit. de conf. lib. n. 20. 21. & 22. & in tit. de defens. reorū, sub. num. 2. & 3. & satis dicitur prouocatus qui iniuriatus est verbis, vel aho modo in contumeliam persona honoris, aut rei, vt per Dec. in l. vt vīm, num. 36. ff. de iust. & iur. q̄s in d. leg. sub. num. 17. circa fin. ait, quod in dubio dē fieri interpretatione, quod confessus homicidium intelligatur ad suā defensionem, alleg. Bal. in cōf. 195. an vulnus cir. fin. lib. 1. Cor. cons. 12. lib. 1. sed si nimirū ex interuallo vindicata fuerit iniuria, tūc penam ordinariam homicidij, non effugeret, vi. in 4. p. sub. n. 79. lit. G. col. 2. verum vi dixi quādo contra qualitatem disgrauantē non sunt inditiae,

neq; præsumptiones, imò aliqua adminicula pro qualitate adiūt, tunc sine tortura deuenire ad condemnationem extraordinariam citra pœnā mortis non obstante cōfessione ratificata, sed cū d. qualitate, & vi. quæ circa purgandam qualitatem, dixi in 3. p. sub. n. 168. col. 2. cit. princ. cat. 117. & doctr. Bar. in l. non solum, §. sed vt probat. ff. de o. oper. no. nuntiat.

Confessio validat dicta quæ sine ea non valerent.

FRAGMEN. LXVIII.

IN 3. p. cat. 119. sub. n. 181. Nota quod cōfessio est tantæ potentiaz, quod si contra reū testes in habiles ante confessionem rei recepti fuerint, ac deposuerint, & reus deinde fateatur, hęc (in quam confessio) habilitat, & conualidat dicta testis inhabiliū. César. de Crass. decis. 173. nū. 4. decis. 174. nū. 2. Farinac. de test. q. 62. nū. 338. cum seq. cat. 154. idē si reus prius fassus sit, & postea testes inhabiles comprobauerint eorum dictis talem confessionem per ea quæ dixi in 2. par. sub. num. 75. & in hac sup. nū. 19.

Confessus factum, et negans eius qualitates, nō gaudet beneficio cōfessionis.

FRAGMEN. LXIX.

IN 3. par. cat. 122. sub. num. 202. vers. redeundo, nunc vid. Bart. in sua disput. incip. per Italiā, vbi tenet quod confessus factum, & negans qualitatem factum agrauantem, non gaudeat beneficio statuti, sed Tiraq. in l. Boues, §. hoc sermone, sub. num. 99. ait quod si primo negauit, & statim confessus est, tunc gaudebit beneficio statuti per reg. quod ea quæ incontinenti sūt inesse videntur gloss. in cap. apud misericordem, 32. quæst. 1. Abb. in cap. cum causam, col. 2. de appellat. & dicitur error linguae, vel lingue lapsus, & non mentis rei, & tunc dicitur incontinenti confiteri antequam negatio præcedens redacta fuerit in scriptis, vt idem Tiraq. declarat in tract. de terract. conuentio. §. 1. gloss. 5. nū. 13. & 14. & in correctione testis loquitur. Menoch. de arb. iud. cas. 108. nū. 5. & 6. Seraph. de priuile. iument. priuile. 121. vbi duas affert declarationes, vt no. idem Menoch. ibi in Addit.

De iure iniquo non statuendo etiam ab habente liberum arbitrium.

FRAGMEN. LXX.

IN 3. par. cat. 127. num. 241. Bart. in l. filius. familias. versic. extra gloss. ff. de donat. quem refert Dec. cons. 65. l. num. 10. tom. 2. & non admittit quod iudex habens absolutum liberum arbitrium, valeat statuere ius iniquum, sed quod solius Principis sit, iura alterius auferre quod dictum non est passim intelligendum, & vide supra in par. 1. sub. num. 170. 242. 243. & seq.

Quod

Quod propter delictum iudicis quandoque ciues puniuntur.

FRAGMEN. LXXI.

IN 3.par.cat.127.sub num.254. & not. quod propriet delictum iudicis puniuntur quandoque omnes ciues civitatis, iudices, vbi Bart. not. C.de nau. & naucler. lib. 11. & addit quod haec est vna ex illis causis, ob quas repræsaliz conceduntur circa quas Stat. Flot. Rubt. 157. & 158. vbi imponitur pena communitat, non capienti malefactorem. Sed à tempore Bar. quando scripsit haec usque huc non fuit auditum, opinionem suam in facto verificatam fuisse. Quinimmo pena unius est metus multorum, s. hodie, instit. de except. l. 1. in princ. C.ad leg. Iul. repet. & exped. vt unus, & non tota gens pereat, vnde ratio ne molitudinis penae minoratur, ut dixi sub nu. 82. par. 4. & nu. 409. par. 6.

Qualiter causa, & origo attendi debeant.

FRAGMEN. LXXII.

IN 3.par.cat.128. sub nu.259. Causa, & origo est attendenda in penis, & delictis, ut dixi nu. 90. & 123. par. 4. & quid in captura, nu. 30. p. 2. quid in furto, vt quando ab initio quis licet habenter, & deinde in illicitum illud conuertetur, puta rem commodatam in usum proprium, vel ad alium usum præter destinatum in uito Domino conuertendo. Crauer. cons. 244. Bal. cons. 410. sub nu. 5. vol. 2. D. Caball. cas. cri. 136. num. 18. vi. inf. in 4.par. sub nu. 150. in Addit.

An per media illicita acquirere dignitates, & honores liceat, et an iudex debeat condemnare in penam legalem, et conuentionalem.

FRAGMEN. LXXIII.

IN 3.par. sub nu. 263. cat. 129. circa mutatio nem status, vide etiam supra in 2. p. nu. 249. in fi. & hic adde quod si quis ab origine sua nobilis fuit per media licita, hoc est via armorum, aut litterarum, quibus fieri potest nobilis, & egregia persona, id laudabile fiet, si licito modo ad ille. Jud peruererit, vt ait Seraph. cas. conscient. 99. alioquin media inconuenientia impedit bo nam qualitatem extremonum. Bald. in l. si auia, C. de iure deliber. Vnde qui non intrat per ostium dicitur fur, & latro, vt dixi sub nu. 228. par. 6. ibi que infertur ad multa, sed etiam fures per ostium intrant à quibus maius difficile est praecaveri, per ea quæ dixi supra, sub num. 80. par. 1. & ibi Fragmen. 11. Hinc per viam rectam, & humilem euntes Deus in terris usque ad Summum Pontificatum extollit, & in eos beatos facit, at superbis resistit, sicut humilibus dat gratiam, vide in hac 3.par. supra num. 89. & 269. & in 4.

par. sub num. 54. & 55. & in 1.par. num. 42. & in 6.nu. 454. Porro ad commoda, & honores non ambitione, sed labore vnumquemque conuenit deuenire, text. in l. contra qui publicam, C. de re mil. lib. 22. Bologn. in Authen. habita, col. 6. C. ne fil. pro patr. Andr. Sic. in cap. fin. num. 79. de foro compet.

In ea, 3.par.cat. 131. sub num. 276. circa fin. Adde quod quando iudex non tenetur seruare penam statuti (ultra alios) scriptis Paul. Ghisl. de relaxat. cat. ver. sexto, & iudex noster an teneatur stare penæ conuentionali, videtur tenere, quod non. Cacheran. decis. 70. nu. 13. quod credo verum esse, si haberet etiam arbitrium expressè in moderandis penis conuentionalibus, trad. Menoch. de arb. iud. cas. 250. nu. 24. & 26. & quo ad penam conuentionalem apud acta promissam tenet Farinac. de carcer. & carcera. q. 30. sub nu. 77. Qui dicit quod si esset ipse iudex mediæ viam eligeret, sed certè ipse dicere quod iudex posset (hac ampla facultate natus) non stare penæ conuentionali fisco applicata, vel illam, & aliam statutariam simul imponere: sed si pena conuentionalis esset applicata parti, tenetur condonare reum, non solum in penam fisco applicandam, verum etiam in penam parti applicandam; ad quæ vi. quæ dixi sub Fragm. 86. Ceterū (quo ad penam iuris communis, aut statutaria, seu quoquis modo iuris positivii) non est dubium, quod ex causa iudex noster potest minuere, & augere, vt in 1.par. sub num. 7. & in 4.par. nu. 79. Couatru. in sua pract. 5. fi. sub nu. 111. 112. 113. cum seq.

De collusione, collusore, et eius penis, et an qui semel renuntiavit accusacioni, possit amplius redire ad eam.

IN 3.par.cat. 232. sub nu. 292. circa collusione attende, quod accusator dicitur facere collusionem quando desistit, incidens in vitium tergiuersatoris, qui de iure communi punitur in libris quinq. auri, & infamis redditur, leg. 3. ff. de prævaricat. & si accusator veras probationes abscondit, vel dissimulat bonas, vel si falsas producit, patitur tanquam collusor, & prævaricator punitur. l. 1. 5. prævaricatorem, ff. eo. de prævaricat. vid. Bonif. in tit. de collusor. nu. 1. 2. & 3. & quæ dixi in 3. part. sub nu. 273. & ibi Fragm. 96. Sed ille qui caue desistit, si allegat instam causam quare fuerit contumax, poterit accusationem prosequi, & admittitur ad illam probandam, l. si accusatoribus, C. de accus. & in l. sine, ff. de minor.

* At ille qui semel expresse renuntiat accusacioni, non poterit ulterius prosequi accusationem iam institutam, ratio est quia ad ius expresse renuntiatum non datur amplius regressus, l. si filius, ff. de minor. l. item queritur, s. si venditor, ff. de adul. edict. Foller. pract. crim. in verb. Audiantur exceptiones, &c. num. 29. 30. & 31. vide infra Fragm. 99. An antem in cœla iniuriarum, & usurarum posset procedi ex officio non obstante desistentia accusatoris trad. idem Foller. in Fragment. nu. 140. & 141. vbi videtur quod non, sed si ex officio procedi potest, desistentia non impediat. Et quod supra dictum fuit de renuntiante iuri suo, fallit in minore, vt late per Sfor. Od. de restit. in integr. q. 85. per tot.

De pœnarum speciebus.

FRAGMEN. LXXIII.

IN 4.par.cat.147.sub num.18. Pœnum octo genera Tull.scribit esse, & recēset Diuus August.in lib. di ciuita. Dei.lib. 21.cap. 1 i. vide licet, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, seruitutē, & ait quod iste pœna longiori tempore durant, quām peccatum perpetratum, pro quo infliguntur. nisi forte talio, quid mitum erit si Deus minatur æterna supplicia pro peccato parui temporis mora perpetrato? Quæ autem differentia sit inter peccatum, & delictum, idem S. Aug. tradit ut rectuli supra in 1.par. Fragm.9.

*Ignorantium allegare contra Bannam,
& proclamata non iuuat.*

FRAGMEN. LXXV.

IN 4.par.cat.149.sub num.39. ignorare Bannum, vel proclama non præsumitur. Bart. & Alex.in l.municipij, ff.de decret. ab ord. fac. Innoc.in c.humiles, de major. & obed. tex.in c. 1.de postul. prælat iterū Bar.in l. 1. C.de recept. arb. & hoc verum quando seruatis seruandis publicata fuere. Mascar. de probat. conclus. 1237. nu.6. quia tunc bannum dicitur publicè notum, & manifestum, vt ibi, nu.1. & 8. quamvis dici solet quod vox præconis paucis innotescat. clem. causam, de elect.

Damnare ad remigandum, & damnare ad triremes differunt, et de importantia, et affectibus utriusque.

FRAGMEN. LXXVI.

IN 4.par.ante nu.60.cat. 151. Adde eundem Farinac.d.tit.19.de pœn.nu.14. tenentē hanc opin. & videtur esse aliquam differentiam, in dñatos ad triremes, & in dñatos ad remigandum: nam ij erat de quibus loquitur, l. aut dñum, §. inter eos, ff.de pœn. qui remigare tenentur, verum qui sunt dñati, tāqmodo ad triremes, poslunt remigate per substitutum, pro vt à Senatu Mediøl. vidi plures concessum fuisse quibusdam personis egregijs, dum eram Auditor Generalis Eccel. Principis Auriæ, sed stare debent cum catena in triremi, ad instar dñatorum ad carceres, & habentur pro mortuis, §. cum autem, Instit. quib.mo ius patr. pot. sol. vid. infra sub nu. 119. ex ijs collige quod ij telegati ad triremes, minimè sunt capaces eorum quæ de iure ciuili, vel statutario deferuntur, vnde si vxor viro ad triremes dñato agat pro consignatione sua dotis, stante etiam pœna confiscacionis bonorum, iuxta l. si constante, vbi omnes, ff. soluto marr. & l. vbi. C.de iur. dor. tunc contra tertium sagens hypothecaria ille tertius poterit offerre d.

vxori dotē, & petere cessionem, per l. si mulier, cum concor. ff. qui pot. in pign. Negus eod. tract. 3. memb. 5. par. nu. 26. & limita. vt per Rol. cōf. 9. nu. 39. vol. 1. Ceterum quo ad condemnatū ad triremes, hodie tantum valet, quantum si condēnaretur ad remigandum, & ita interpretatiū est, l. cum de interpretatione, de leg.

Pœna ipso iure imposta, an moderari, vel alterari possit.

FRAGMEN. LXXVII.

IN 4.par.cat.153.sub nu.75.circa med.de illa re trahat egregiè D. Menoc. de arb.iud. q.96. per tot. sed estò quod iudex ex iusta causa pœnam alterare valeat, vt explicat Menoch. ibi nu. 16. an etiam licebit quando statutū imponit pœnam ipso iure ad hoc vid. Abb.cons. 22. & Farinac. de delict. & pœn. q. 17. nu. 23. tenentes quod non obstante tali clausula(ipso iure) iudex ex causa possit augere, vel minuere pœnam, & vi. in propos. Bonacossi. in suis q.crim. super statu. in verb. ipso iure. vbi plures allegat, & vid. in proposito. inf.nu. 102. & 302. in hac 4.p. dicta clausula (ipso iure) solum tribuit ius fisco à die commissi delicti. vt dixi Fragm.81.alioquin sine d. clausula ius nullum est acquisitum fisco nisi demum condēnatione secura, vt dixi. in 2.p. nu. 215. in fi. & sub nu. 139. cat. 163. in hac 4.par. & nu. 227. & 228. Bal. in l. fi. C.de fruct. & lit. expens. Foller. pract. crim. in Fragm.nu. 140. cit. fi. cat. mihi 451.

Actio iniuriarum quanto tempore prescribitur.

FRAGMEN. LXXVIII.

IN 4.par.cat.157.sub nu.98.circa delictorum præscriptionem actio iniuriarum quanto tempore prescribitur, habes sup. nu. 84. p. 1. vers. & pro complemento. nunc addo quod talis actio fit perpetua, si intra annum lis fuerit contestata, tex. gl. & Doct. in l. si non concurrij, C. d. iniur. Balb. de præscript. 2.p. 4.p. q. 1. n. 4. & q. 2. per tot. vid. inf. nu. 137. idem si per modū excipiendi proponentur, §. 1. & fi. institu. de perpe. & rep. cœcp.

Reiterare delictum infert grauiorem pœnam in reiterante.

FRAGMEN. LXXIX.

IN 4.p.cat. 157. nu.100. in propos. reiterationis. addo D. Caball. cas. 145. sub nu. 5. cum alijs per eum adduct. qui tenet, quod si quis plures in eadem causa ad eundem finem falsum dicent, quod non debeat puniri, nisi pro una pœna tantum, sed grauiori propter reiterationem, cui libenter assentio. sed estò quod semel ponitus fuerit, si iterum falsum dixerit etiam in eadem causa, iterum puniendus erit per Ang. Col. & alios per me sub hoc num. adduct. & sup. sub nu. 147. cbm seq. verum credo quod nemo amplius admittat in testem illum qui alias de falso fuit ponitus.

Elliſio

Electio paenarum ad quem spectet.

FRAGMEN. LXXX.

IN 4.par.cat.158.num.116.vide Menoch.de arbitr.iudic. quest.93.vbi ex duabus paenis à lege pro crimine impositis tradit ad quē spectat electio, an ad iudicem, vel ad partem, & ultra alios Clar. §.fin.q.85.

Confiscatio bonorum, quando principaliiter in condemnatione venit.

FRAGMEN. LXXXI.

IN 4.par.cat.158.num.118.vid.omnino Peregr.de iur.fisc.lib.5.tit.1.nu.25.vbi ait quod confiscatio bonorum venit aequē principaliiter ex legis dispositione, vt in eo qui incestas nuptias contraxit, aut quando agitur de criminis quod statutum punit in cōfiscatione bonorum, alleg.Oldr.conf.17. & alios. Quandoque confiscatio venit in consequentiā, vt in eo qui est deportatus, l. illicitas, §.qui vniuersas, ff. de offic. præsi aliquando pena est arbitratia, & iudex potest penā mortis indicere, & etiam condemnare in publicatione bonorum.

In paenis imponendis iam statutis ab ordinibus, an opus sit sententia, & quando bona ipso iure effecta sint fisci.

FRAGMEN. LXXXII.

IN 4.par.sub nu.119.cat.159.circa iura quæ competunt bannito vñq; ad bannum, vi. etiā in 1.p.nu.283.in fi. & in 2.p.nu.294.& multum differt quod bona sint ipso iure, & facto fisci, aut per sententiam, & in hoc talis datur reg. quod quotiesunque in lege, vel statuto fit aetio de pena priuationis. si lex loquitur in præsenti, videlicet lex priuat aliquem tali beneficio, tunc ipso iure, & facto intelligitur priuatus. Bonacossi super stat.crim.in vers.ipso iure. vers. & quoties in statuto. Sed quando lex loquitur in futuro vñc datur intelligi, quod debet priuari per sententia, gl.in c.cum secundum leges, extra de hæret. in 6. & ita distinguit Iacob.de Beluis. in sua pract. tit. de quest.nu.110.vbi plura iura.alleg. quæ reconciliare conatur, ibique multos recessus effectus, quādo bona ipso iure sunt fisci. Primus est quia fructus veniunt à die commissi criminis, §. 1.in Auth. de nupt. col.1. quoniam clausula ipso iure importat Canonem latæ sententiæ, gl.in c.in paenis, de reg.iur. in 6.tex. & gl. in c.quicunque. de hæret. Bar. & alij in l.in criminali. C.de iur.om. iudic. quo casu requiritur solum declaratoria, & non sententia, quia declaratio nil noui dat. Card. in elem. constitutionem, §. 1.de elect.l.hæredes, vbi Doctor. §. sed si notam, de testam. Bald. in c.cum dilecti, de accusat. Secundus effectus est, quia alienatio ante sententiam non valeret, l. donations in concubina, in fin. de donati. & sta-

tim dicam, in verb. alienatio. littera A, sub hoc nu.119. Tertius effectus est, quia accusatio transit ad hæredes, l. 2. C.si reus, vel accus. mor. fuer. dicam in §.par. sub num. 259. Quartus effectus est, quod Authentica. Bona damnatorum corrigit tatum iura antiqua in illa parte solum, in qua per sententiam tantum bona efficiebantur fisci, sed statim à die commissi criminis intelliguntur confiscata, vt supra effectu primo. Quintus effectus est, quia non datur appellatio. l. Lucius, ff. ff. de iur.fisc. & vid. latius per eundem Iacob. de Beluis loc.cit. & Peregr.de iur.fisc.cat. 108.num. 15. vbi alium effectum tradit, & est quod Princeps potest etiam ante declarationem super facto delicti, conferre bona delinquentis in tertium, alleg. Bero.conf.61 in 1.dub. & 179.nu.89. cum seq. in prin. & Luc. de Penna, in l. cum allegatis, col. pen. C.dere mil.lib.12. Afflitt.decis.255. & alios, & an hoc in casti habeat locum statutum de quarta parte danda iudicii condemnanti videatur quod non, quia non condemnat ipse, sed lex, solum declarat. verum contrarium consuetudo obseruat, quia statutum considerat laborem iudicis in conficiendo processum, & sine ipsius ministerio & declaratione parū prodeficit dispositio legis aut statuti, vt dicunt Arch. & Ioan. And. in c.1.de homic.refert Alex. in l. si quis maior.col. fi. C.de transm.u.Cephal.conf.171.vol.2.Aemilian.conf.135.nu.9.

In paenis an attendatur statutum novum, vel vetus, & an attendatur tempus delicti, aut cōdemnationis.

FRAGMEN. LXXXIII.

IN 4.par.cat.160. sub nu. 123. Circa nouum statutum post delictum, aut actus statutum attendendum, vide etiam Bald. in l. propter. C. de adult. & in l. §.bona, ff. de iur.fisc. Alex. in l. 1. ff. de paen. Soc.conf.100. incip. in causa Baptista, cit.fin.col.5.par.1. & Fely.in c.significasti, de homicid. An autem attendatur tempus delicti, aut condemnationis, vel exactio, vid. Peregr. de iur.fisc.lib.6.lit.5.nu.44. & Farinac. de inquisit. q.8.nu.105. & D.Pet. Caball. cas.crim.7. & cas. 147. vbi & ipse trad. an principium, vel finis delicti reiterabilis attendendum sit in materia inchoanda præscriptionis, exemplificando in adulterio, qui tenet quod præscriptio incipiat à die ultimi delicti, & d. cas.147.nu.6. ait, quatenus ad statutum personæ, quod attenditur tempus sententia maximè in penis arbitrijs, & nu.16.

Arma quibus liceat ex priuilegio iuris communis portare, & de delinquente prorogante iurisdictionem iudicis non sui.

FRAGMEN. LXXXIII.

IN 2.par. sub nu.128.cat.161. vide in illo proposito Berazzol. conf.crim.308.460. 461. in 2.vol. & quæ ipse supra dixi in 2. par. nume.30.

& 123. & in 2. par. num. 217. & omnino Math. in add. ad Guid. Pap. decis. 438. vbi & ipse allegat Plac. epit. delict. cap. 8. Traq. tract. de nobilit. cap. 20. nume. 7. & Bart. in l. pediculis, de aut. & arg. legat. quibus in locis milites excipiuntur, itinerantes, curiales, magistratus, nautigantes, auxili, & huiusmodi generis personarum, quae vel ratione dignitatis iurisdictionis causa, & priuilegiorum arma deferre possunt.

Et car. 162. ead. 4. par. sub num. 135. vers. Decimus quartus casus est, extende locum habere, quando quis data opera, & vt dicitur ex animo, homicidium per assassinum, vel proditionem, aut in insidijs, & pro furando commiserit in eum, quem in domo eius Magnatis duxit ad hunc effectum, in temporalibus iurisdictionem omnimodam habentibus loci puta Auerniae, quis incaute siue Iudeus, siue alius, a seruitore d. Domini bonis verbis ductus fuerit, & inibi inclusus pugionibus occisus, & furatus sit, & is delinquens fugiendo, & latitando, d. locum Auerniae se contulerit, cum rebus furatis, certe si ibi captus fuerit, ibi puniri poterit eum, personaliter iurisdictione in prorogasse dicatur, multò magis examinatus & interrogatus, an veller ibi iudicari respondet quod sic, & prorogasse dicitur Abb. in c. vt debitus, nume. 12. de appellat. Farinac. de inquis. quæst. 7. num. 3. licet num. 4. aliter se declareret, vid. num. 27. etiam realiter cum rebus furatis, per ea, quæ dixi, sub d. num. 136. vers. Decimus tertius, decimus quartus, & decimus quintus casus. Cum offenderit extimationem d. Domini in eius Domo Florentiae, delictum patrando etiam ad præsentiam vxoris Domini, & ancillarum, acclamantium, quibus inuitis, is seruitor diabolicus domus ostium clausit, dum ille incautus occisus fugere volebat, quo casu succedit regula, quod vbi te inuenero ibi te iudicabo. l. 1. & l. qua in prouincia, C. vbi de cri. agi oport. facit text. in §. quid si delinquens, in Authen. de manda. princ. & faciunt Cano. in cap. postulasti, de foro compet. vbi Abb. nu. 14. & alij tradunt de illo forense, qui extra territorium Domini, in eundem Dominum delinquit, quod possit condemnari in territorio illius Domini, vbi possidet bona, multò magis teneo si ibi capiatur, quia persona, aut dignitas Domini est offensa, & in dictione eiusdem fugit, & latitando captus est, & persona delinquens latitando dicitur ferè prorogare iurisdictionem. Azo. in Sum. d. tit. C. vbi de cri. agi opor. Decia. de delict. tom. 1. lib. 4. tit. quib. mod. delinq. cap. 3. ibi decimo si latiter, car. 129. & sicut potest quis habens iurisdictionem ordinatam, & supremam iudicere in causa suorum de sua familia, vt per Bald. in Auth. hodie, C. de iudic. Ias. in l. qui iurisdictioni. sub num. 5. de iurisd. omn. iud. ita in hoc casu, in quo iniuria facta est domui sua in qua is deliquit. vid. Farinac. d. quæst. 7. sub num. 5. & sibi imputet delinquens qui incidit in Scyllam cupiens virate Charibdim, unde dicit Decia. eod. lib. tit. de loc. delict. cap. 17. sub num. 31. si unus delictum commiserit, in una Ciuitate fugiens in aliam confederatam, poterit ibi capi, & puniri, quod de facto procedit, & hoc dicit Catal. de syndic. num. 211. Dom. Farinac. de inquisit. quæst. 7. num. 6.

Et quamvis add. ad Spec. in tit. de competen. iudic. addit. §. 1. ver. quid si conuenitur, littera G. circa fin. videatur declarare tex. in d. §. quod si delinquens, in Authen. de manda. princ. quod in isto casu, iudex qui non est ratione delicti origi-

nis, nec domicilij, non possit procedere nisi ad accusationem, vel ad querelam, & non ex officio, pro delicto extra territorium commisso, Farinac. d. quæst. 7. num. 27. nihilominus de consuetudine stante notorieta delicti in delictis exceptuatis, vt est delictum huiusmodi, vide ut fieri posse, sed Dom. Farinac. d. tit. de inquisit. quæst. quæst. 7. sub num. 10. & 11. tenet quod prius constare debeat de qualitate assassinij, & quod ideo requiratur declaratoria; nihilominus in practica, non requiruntur de necessitate tot declarationes, sed statim secuto delicto, delinquens fugiens, vel latitans, si ad aures iudicis deuenierit, in cuius iurisdictione repertus sit, potest mandare vt capiatur, & seu ad querelam, seu ex officio sumere informationes, & procedere, iux. l. congruit, ss. de offic. præf. stante atrocitate delicti, vt cōsiderant Doct. in l. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi. opor. & Spec. d. §. 1. Cano. in d. cap. postulasti, de foro compet. ne delicta remaneant impunita. l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. multò magis si à iudice loci delicti transmissæ fuissent informationes, Farinac. d. quæst. 7. num. 4. At si casus nō fuisset sequutus in domo Domini Florentiae, ita vt ratione loci persona, aut extimationis eiusdem, aliqua iniuria considerari non posset, tunc esset vel remittendus si peteretur, vt per Farinac. d. quæst. 7. sub nu. 18. in fi. vel ejcidentis sub præcepto, quod statim exeat de iurisdictione, qui si incredulus esset, & præceptum contemeret diceretur sciens prorogasse iurisdictionem, quo casu possit ibi puniri, per ea quæ tradit Farinac. d. quæst. 7. nu. 3. & 4. prædictum ad instantiam accusatoris, num. 27. & seq. at laudabilius esset remittere ad iudicem loci delicti, vt dixi, in 4. par. sub num. 249. Boer. decis. 29. Grammat. decis. 26. Vel posset detinere delinquentem pro delicto exceptuato, pro eo puniendo, casu quo iudex loci delicti punire illam potuerit, & noluerit, ad trad. per Innoc. in d. cap. postulasti, quem sequitur Abb. ibi sub num. 15. circa med. de foro compet. At hoc verum in terminis d. cap. postulasti, quando scilicet Dominus offensus quoquo modo fuisset à tali delinquente, extra territorium suum, alioquin si indistincte hoc dictum Abb. & Innoc. intelligeretur, vtique locum etiam haberet, si iudex loci delicti voluisse punire delinquente, & non potuerit, vt quia delinquens fugit, paria enim sunt in hoc casu nolle, & non posse. l. multum interest, C. si quis alter. vel sibi. cum simil. Verum enim vero pena non debet esse ordinaria, sed extraordinaria, puta tritemum in perpetuum, vel quæ de iure communī pro tali criminis indicta est, iuxta ea quæ dixi in d. versic. Decimus quintus casus est. Sed quia pro iniuria facta Domino magis quam pro delicto ibi punietur, ideo pena erit arbitratia, iuxta l. respiciendum, ss. de pgn. cum concor. Nec hæsit iste Dominus iurisdictionem suā si defacto remitteret, ad iudicem Florentiae, quia ibi delinquens penam ordinariam lueret pro qualitate delicti, vt quotidie videmus Principes iustitiae amatores, huiusmodi facinorosos remittere ad iniurias mutua benevolentia, publicè enim interest prouinciam malis hominibus purgari. Et si Florentiae vbi deliquit esset pena ordinaria capitis puniendus, sed in loco vbi captus pena extraordinaria tantum fuerit punitus sufficenter, si transmittetur ad tritemes Florentiam, non posset de iure ibi decapitari, sat est, quod sufficiet fuerit condemnatus in illo loco, ad quod vide om-

nino Fatinac. d. q. 7. sub nu. 26. versi. sed tertia & verior est opinio.

Pater an teneatur pro filio.

FRAGMEN. LXXXV.

IN 4.par. sub nu. 139. car. 163. quo ad Patrem an teneatur pro filio. vi. quoque in 2. par. sub nu. 176. & in 3. par. nu. 251. in fi. & Marant. deord. iudic. par. vlt. nu. 3435. & sub nu. 37. tractat quid pro delicto patris, an vſuſfructus publicetur, de hoc dixi sub num. 119. & vi. C. trac. vlt. volunt. §. legitima. q. 12. nu. 2. versi. infertur ē, vbi de pena pecuniaria solienda pro delicto si lij. vi. etiam Afin. in prac. §. 31. c. 2. limit. 40. n. 3.

Augmentum in delictis, quando sit attendendum.

FRAGMEN. LXXXVI.

IN 4.par. sub nume. 150. car. 168 sed quando sciens dat operam rei illicitæ, licet res sit patui momenti, nihilominus, si inde maius delictum sequatur, tunc attenditur quod inconsequētiam venit, vt in 6. par. sub nu. 591. & 593. & per Couarru. varia. resol. tit. de senten. excommu. c. 10. nu. 16. par. 2. car. 502. addit. & faciunt quæ infra dicam ante nume. 287. versi. Præterea. in hac 4.par. vi. Bolog. consi. 33. sub nume. 13. & seq. & omnino in 6. par. sub nu. 378. in fi. & in hac 4.p. nu. 166. vi. inf. Fragm. 87.

De sententia absolutoria, an teneat parte non citata.

FRAGMEN. LX XXVII.

IN 4.par. sub nu. 155. car. 170. Sententia absolutoria, si lata fuerit parte non citata tener, Iason in l. patre furioso, col. antepe. ver. 14. ff. de ijs qui sunt sui, & sic prodest. Tiraq. trac. res inter alios act. nu. 68. cum sequ. vbi dat sex declaratio-nes ex Fel. in c. 1. col. 10. de iur. iutan. sed vi. quid dicam in 6. par. sub nu. 317. & idem Tiraqu. vbi sup. nu. 59. dicens quod sententia in re individualia etiam non vocatis præjudicat, quodque in seruitute exemplificat, & idem nu. 54. dicit quod si lata est sententia contra plutes, nocet eum non vocatis in causa status, quem vi. per tot. & facit reg. vbi duo propter vnum, ibi vnum tantum. Bal. in l. quicunque. col. 2. nu. 5. C. de ser. fug.

Damnum datum de corpore in corpus, siue rationale, siue non, qualiter emendandum sit, & quando incertitudo absolute sequatur.

FRAGMEN. LXXXVIII.

IN 4.par. sub nu. 163. car. 171. circa damna da ta de corpore in corpus. pone quod bos vnius

alium bouem excæcat, vel occidat, & ignoretur, qui prius fuit aggressor, tunc neutrum alteri tene ri secundum Bonifac. de damn. dat. sub nu. 5. & 6. ea ratione: quia in dubio paria delicta mutua compensatione tolluntur, l. cum viro. vbi Imol. ff. solut. matrim. & hanc materiam de pauperie tractat pulchrit̄ idem Bonifac. loc. cit. & etiam quia carent ratione, ut per Abb. in c. 1. num. 3. de iniur. & damn. dat.

Et sub dicto nu. 163. ver. & facit. corrigere, quia vbi dicitur. nu. 259. debet dicere num. 261. lit. C. cit. fi. car. 82. ver. Nam si pax. colum. 2. & in hoc propos. vi. omnino. Dec. consi. 380. Conclusio su perius. sub nu. 2. 3. & 4. vol. 2.

Et sub d. num. 163. sub versic. & ad inuenientiam in fin. adde, & in causa ciuili incertitudo vi tiat actum, l. si frumentum, cum alijs. ff. de rei vē di. §. incertum, institut. de lega. & si certificari potest tunc non vitiat l. legato generaliter, de leg. l. Capt. consi. 3. nume. 1. & vi. Mars. sing. 233.

De pena conuentionali de pace, aut tregua non rumpenda, aut de non offendendo, an censeatur subrogata loco damnorum, et interesse. Vel utrumque debeatur damnum passo, & de iniurijs, & iniuriarum actione.

FRAGMEN. LXXXIX.

IN 4.par. sub nu. 104. cart. 157. vbi dixi quod pena conuentionalis non tollit penam legalē, vt ibi uersic. Hinc dicimus. Quādo modo an pena conuentionalis sit subrogata loco damnorum, vel interesse damnum passi in eius persona, vt quia vulneratus, vel debilitatus, aut mutilatus fuerit, ab eo qui dolosē fregit pacem, secundum ea quæ aduerti. in 2. par. sub nu. 261. versi. Hoc unum, lit. D. & in 3. par. sub nu. 47. d. versi. equidem, car. 103. & resolutiū circumscrip- tis statutis, & consuetudinibus teneo quod cori traueniens teneatur nedum ad penam conuen tam, sed etiam ad damna, & interesse damnum passi iuxta extimationem, & liquidationem fien dam, ut inf. dicam.

Primo moueor ex supradicta ratione: nam si cuti pena conuentionalis, non auferit penam legalē, sic nō dicitur subrogata loco damnorum & interesse, quia hēc veniunt de iure communi, §. liberum. autem. §. capite tertio, cum §. seq. insti tu. de leg. Aquil. & l. proinde cum tot. titu. ff. eo. Franc. Deci. 333. & Decis. § 10. nu. 16. Menoch. de præl. 3. præl. 114. nu. 4. & interesse appella tur pena legalis, & non conuentionalis, secundum Ang. & Alex. in l. si insulam, col. 4. de verb. oblig. Marant. disput. 7. nu. 12. ergo separatorum separatum esse debet iudicium, sicuti separati sūt effectus, l. si maritus, la l. C. de donat. inter. vir. & uxor. cum simil.

Quod autem pena conuentionalis sit separata, in casu isto a damnis, & interesse, trad. scrib. in l. unica. vbi Alciat. nu. 19. C. de senten. pro eo quod interest, dicens quod pena conuenta non est interesse, & num. 20. subdit, tantum abest, vt vetē

verè dicamus pœnam conuentam esse interesse, vt nec vbiique paris sit conditionis. Ferret. num. 23. & ibidem tenet Mathes. sub nu. 14. alioquin sequeretur quod talis cautio esset siustatoria, cui lex ipsa prouideat damnum passo, quod non est dicendum, vt per Rip. in rub. de damn. infec. sub nu. 24. vbi dicit quod si in cautione pœna quantitas omissa fuisset, quod nibilominus, ne cautio frustratoria redderetur, contraveniens acius debet etiā puniri. vt per Bar. in l. illicitas. §. vt potentiores. sub nu. 9. in fin. & sic Rip. dicit quod pœna legalibus, & ad interesse legis Aquil. & pro talis cautione acius contraveniens puniri debet.

Secundo facit quia vbi plures fines, ibi plura delicta. & consequenter plures pœnae. dicit Bal. in l. quicunque. col. 2. sub nu. 7. C. de ser. fug. sed pœna conuentionalis. Sedum respicit pacificentes de pace, aut tregua, non rumpenda, vel de non offendendo, sed etiam coniunctos amicos, ut hoc timore docuit Bartol. in l. illicitas. §. ne potentiores. sub num. 5. ff. de offic. præf. vt in cautione prædicta etiam numerentur amici. ratio est quia caro, & sanguis coniunctorum alteratur, quando rixa. & offensia fit suis de sua familiis, & parentela. sic offendens unum ex eis omnes offendere censemur. secundum Luc. de Peñin l. unica. nu. 50. C. publ. lit. vel consens. & bene facit addit. ad Bar. in d. §. ne potentiores. sub num. 9. in verb. effectus. Felyn. in trac. de pac. & treg. cit. fin. Hinc dixi non sufficeret habere pacem ab offeso nisi ab alijs quoque habeatur, vt in 4. par. sub nu. 211. in fin. & in prima par. sub num. 282. lit. L. quia scandalis est obviandum, ultra quod talis cautio, seu promissio respicit interesse fisci, si pena in totum, vel in parte sit ei stipulata, per ea quæ dixi in 2. par. sub nu. 261. lit. D. & Reip. interest vt subditi in pace quieti viuant, & incolumes conseruentur, l. cum ratio. §. penult. ff. de bo. damnat. At interesse eius, qui vulneratus remansit, est proprium illius, & sua familiæ, cui auxiliari nequit ob debilitationem, vel impedimentum, sibi causatum ab offensore. Et fortius interesse debetur dominum passo, quam penam fisco, vt ait Baiar. ad Clat. q. 93. num. 3. in fin. & trad. cano. in c. 1. de iniur. & damn. dat. Bonifac. eo. titu. nu. 21. & 22. & statim dicam.

Præterea si pena conuentionalis secundum terminos nostros esset subrogata loco interesse, multa sequerentur inconvenientia. Primo quia si partis non interfit (quamvis pax) aut tregua fuerit dolosè rupta, sed persona non remanserit lassa, pena ipsa non deberetur, & tamen pena conuentionalis exigi potest, quamvis non interfit exigentis. Surd. Decis. 260. nu. 22. vbi post Dy. alleg. Bar. in l. 2. §. si in facto. cit. med. de uerb. oblig. & redarguit Bal. contrarium tenentem, in d. l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod interfit. & ipse dixi sup. in 2. par. sub nu. 261. cum plur. seq. vbi etiam uerbis solis pacem rumpi, & penam conuentionalē debet.

Secundo videretur facta damnorum extimatio, antequam de damnis constaret; nam pena est certa, & interesse incertum, vnde appellatio ne pœna non venit interesse. Causalca. Decis. 26. nu. 12. par. 2. & sententia præcedet liquidationem, quæ sunt contra ordinem iuris: nam prefloratio ordinis vivat actum, l. prolatam. C. de senten. & esset contra præc. receptam. Aret. in §. præterea. inst. de actio. hinc dicitur quod interesse, siue certum, siue incertum, siue damni, siue lucri, tanquam debitum ante euentum, vel ante

moram, non potest pacisci. secundum Felyn. in c. cum venerabilis. nume. 9. de except. & taxatio interesse à principio facta non tenet. Bertazol. cons. crim. 482. nu. 7.

Tertiō, per talem conventionem pœna diceretur veditio facta propriæ carnis, nemo carnem suam odio habeat. Felyn. in cap. literas, cit. fin. de præsumpt. & tale pactum non valeret, quia nemo Dominus membrorum suorum, l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. essetque pactum contra bonos morer, & non valeret. Bar. & alij, in l. stipulatio hoc modo concepta, de uerb. oblig. & esset causa scandali, & vindictam fiendi, & luorem explendi quod contrarium effectum pateret eius, pro quo talis cautio, seu promissio datur, sed inducta ad bonum finem non debent contrarium effectū operari. l. legata inutiliter. de leg. primo, Cat. cl. 1. §. 1. de pœnab.

Sed quod & pœna conuentionalis, & interesse exigi possint, tenent. Doct. in l. si quis maior. C. de transact. vt in casu isto, in quo dolose contrauentum sit, & pena cum iuramento est promissa. Gabr. com. concl. tit. de transact. conclus. 1. limit. 1. nume. 53. pulchre Anch. cons. 148. incip. apud antiquos. cit. fin. idem Gab. de malici. concl. 34. nu. 12. Causalca. Decis. 25. sub num. 32. cum seq. par. 2.

Non obstat modo si dicatur quod per prouisionem hominis, videtur cessare prouisio legis sicut plura scripsi in 6. part. sub numero 163. 164. cum plur. seq. præsettum, nu. 166. quia haec pœna conuentionalis, non est subrogata loco interesse legalis, vt supra deductum fuit, & tunc videretur subrogata loco damnotum quando expresse dictum esset, pro damnis, & interesse. secundum casum Bertazol. de quo in cons. 16. & 18. in crit. p. 1. cui respondebo statim.

Non obstat quod pena conuentionalis regulariter succedit loco interesse, vt ait Ro. in l. stipulatio ista. §. alteri, de uerb. oblig. & refert Ias. in d. l. si quis maior. 29. C. de transact. & quod in dubio ita sit intelligendum. Cagn. in l. a. quoniam, nu. 8. & in l. quatenus, nu. 16. de regul. iur. Quia rerum quod in obligationibus civilibus in quibus quis est obligatus, ad dandum, vel faciendum, quod in pondere, vel numero, aut mensura consistit, tunc procedunt supradicta, sed in pena conuentionali de non committendo maleficio fecus est, ratio differentia est, quia in ciuitibus agitur de interesse in omnino, sed in criminalibus agitur de interesse in committendo, & itare net Bursat. cons. 21. nu. 16. & seq. quem adducit Bertazol. d. onsi. 8. sub nu. 9. & ipse Bertazol. in sua op. titubat, sed ab distinctione ista non se retrahit, & cum hac resolutio etiam opinio Marrant. disput. 7. nu. 29. & Rot. Benint. Bono. Decis. 16. nu. 7. Nam aliud est apponere pœnam de dano infecto, seu inferendo in persona, vel rebus ministerio hominis, aliud est in ciuitibus circa res, & negotia apponere pœnam, si non solvatur, si non fiat, & huiusmodi. iux. materia, l. unica. C. de eo quod inter. & in l. stipulatio ista. §. alteri, & in l. 4. §. Cato. ubi Bar. de uerb. oblig. de qua materia pulchri è D. Caball. cas. crim. 56. nu. 129. cum seq. Ias. in §. omnes autem actiones, instituta & actio. ubi an pœna conuentionalis loco interesse possit excedere duplum, vel quadruplum. & concludunt quod consensu utriusque partis, in pœna facta adiecta quantumcumque sit debeatur. Rebuff. d. l. vnica. nu. 559. & 568. de comm. testatur Sap. ibi. nume. 82. Cagnol. nu. 108. Surd. Decis.

Decis. 261. nu. 24. Matthaf. nu. 38. sed cum non sit propriè materia criminalis, non examino.

Et in tantum est verum quod pena conventionalis debeatur ultra satisfactionem damnum, quod in remissione injuriarum, & pœna legalis, non includitur pena conventionalis, & si remissa sit pena conventionalis, non intelliguntur remissa damna, & interesse pro debilitate, aut membra mutilatione, glo. in §. fi. versi. non reuocauerunt, vbi omnes, institut. de iniur. Gomes. var. resol. d. cap. 6. nu. 13. Rimini. iun. inter consi. crim. diuerso. tom. 1. consi. 134. nu. 53. vbi in fortioribus terminis loquitur, Surd. d. Decis. 261. nu. 4. Plac. Epit. delict. lib. 1. c. 6. num. 40. Boet. Decis. 52. nu. 6. Farinac. alios allegans. De Inquisit. q. 5. sub num. 11. versi. amplia. 2. & dixi par. 2. sub nu. 261. lit. D. cat. 82. & in 4. par. num. 203. 311. cum plur. sequ. Licet inter partes facta fuerit hinc inde cassatio, & annullatio processuum, injuriarum, & condemnationum, & videantur secundum aliquos remissa damna, & in teresse, vt tener Ioan. Franc. Terazan. consi. 503. & 504. inter consi. crim. Bertazol. vol. 2. nihilominus, si expresse damna non fuerint remissa, non comprehenduntur sub tali generalitate. Bal. consi. 195. nu. 6. par. 2. Mynsing. centu. 4. obser. 10. & si Plac. d. c. 6. sub nu. 40. dicat, quod si facta fuerit remissio plenissima, quod etiam includatur damna, & videtur tenere Menoc. de præsum. lib. 3. præf. 114. in fi. & esse com. testatur Igneus. in l. 1. §. Diuus nu. 2. Ad Sylla. tamen extat gl. in contrarium, in c. si quis contristatus 90. distin. & in c. ad Apostolicam, de re iud. Ias. in l. si tibi decem. §. quædam, de pac. & est tutior op. licet Plac. dicat hanc contrariam opin. procedere in remissione simplici tamen, dicit quod nec glo. nec Ias. dicunt, imo glo. in d. c. contristatus dicit beneficere illum, qui remisso rancore, agit actione iniuriarum. Sed possent concurrere alia conjectura, quibus in plenissima remissione vitique damna & interesse comprehendentur, vt si ille qui offensam remisit, sit diues, nobilis, & quietus, & ille cui remissa est pauper, & veniam, & damnum remissionem petierit, ad quod facit Afflict. in c. 1. §. iniuria. nu. 111. in fi. de pac. iur. fir. sicut dicitur quod rescriptum gratiosum generali intelligitur iuxta supplicata. Causalca. Decis. 14. nu. me. 45. p. 1. Decia. consi. 86. nu. 52. & seq. volum. 3. vi. quæ dixi in 4. par. nu. 228. & 239. & è contra si remissa sint damna, et interesse simpliciter, non intelligitur remissa pena conventionalis. Rip. in l. damnum, nume. 11. ff. de damn. infect. Doct. in l. qui bona. co. tit. Clar. §. fi. q. 58. versi. quæmodo. ex quibus colligitur, quod nō confunduntur pœna, cum damnis, & quod utrumque debetur in casu nostro: duplixi enim actione pro iniuria agitur scilicet ciuiliter, & criminaliter, Faber. in §. fi. institu. de iniur. Bal. c. 1. de pac. iur. fir. Plac. Epit. delict. c. 6. nu. 40. Innoc. in c. qualiter. de accusat. Gomes. de delict. c. 6. nu. 9. 10. & 11. cum seq. Bonifac. de damn. dat. nume. 2. 1. & 2. & licet corpus liberum extimationem non capiat, l. liber homo, ad leg. Aquil. tamen ratio habebitur operarum, & industria quibus caritatus est debilitatus membro, vsque ad illud tempus quo verisimiliter uiuere posset, l. hereditatum, §. in computatione, ff. de transac. Doc. in l. ex hac lege, ff. si quadrup. paup. pulchrè Iacob. Beluis. in sua pract. de taxat. iniur. num. 1. & 2. Ias. in §. omnes, institut. de act. Bar. & alij in l. item apud Laconē, §. si quis seruo uerberato, ff. de iniur. Go-

mes. ubi supra nu. 13. Couarru. var. resol. lib. 2. in 10. sub nu. 7. versi. Quarto, vbi adducit Sot. de iustit. & iur. lib. 4. q. 6. art. 3. & in uersi. tenetur. S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2. At si offensa fuisset persona nobilis, tunc extimatur iniuria non ex operibus, & industria, sed à qualitate personæ iniuria tæ. secundum ea quæ dixi, in 4. part. sub nn. 210. cum seq. cat. 177. vbi in proposito debilitationis membra locutus sum de damage emergente & lucro cessante, intellige à die commissi delicti, ex quo delinquens semper dicatur esse in moral. in refurtiva, §. fin. cum simil. de condit. fuit. sic ait Boff. in tit. de rap. sub num. 41. & ad prædicta vi. Carbo. de restitu. omn. rer. q. 14. cat. 85.

In ciuilibus autem quando pœna debeatur cù re actiue, aut passiue, & quando non, pulchre ac distincte trad. Barto. in l. prætor ait, §. 2. quod de fructibus, ff. de bon. auth. iud. poss. & ibi per Ale xan. & Bal. in l. 1. ver. Quæro, C. de peti. & commo. rei vend. cum alijs add. ad Bar. loc. cit.

*Delinquens in plus quam delibera-
uerit, quando animus sit atten-
dendus, et quando e-
uentus.*

FRAGMEN. XC.

I N 4. par. sub nu. 166. cat. 172. adde hanc distinctionem ex mente. Bar. in l. Diuus, ff. ad leg. Cor. de Sicar. quam reperi etiam in syntag. iuris lib. 30. tit. 4. nu. 2.

Quia euenit vt quis plusquam voluerit, deliquerit, & queritur an animus, an euentus sit in pœnis attendendus. Distingue, aut plus deliquit in specie delicti sibi proposita, si in eadem specie delicti, aut deliquit circa res, aut circa personas: si circa res, aut delictum, quod exequi propo suerat, tendebat ad id quod commissum est, tunc inspicitur delictum, seu euentus, non animus, vt qui vim fecerit non cogitas de homicidio, quod facile in illa ui illata interuenit, punitur, ac si occidere uoluisset, l. quoniam, C. ad leg. Iulia. de vi. & vi. ar. & qui decrevit tantum incendere domum unā, & plures comburit, tenetur pro omnibus combustis, quia natura incendijs se haberet, ut ad vicina transeat, l. 1. §. incendio, ff. de incendijs. & nauft. Si autem delictum non tendebat ad id quod euenit, aut plus delinquitur circa eadem rem, & tunc inspicitur euētus, l. vulgaris est quæstio, §. si quis, ff. de fur. vt si quis vas consecratum furetur putans esse prophanum, punitur pro sacrilegio; Quod si circa alias res plus delinquatur, inspicitur animus non euentus. Si autem circa personas plus delinquitur, tunc inspicendum est an ex proposito, vel sine eo contingat delictum: si ex proposito, pena quidem spirituialis, vt excommunicatio, & similes, ad cogitationem magis pertinent, glo. in l. si ignorans, ff. locat. In pœnis autem temporalibus, aut plus delinquitur circa eandem personam, & tunc inspicitur euentus, l. eum qui nocentem, §. penul. & fi. de iniur. aut plus delinquitur circa alias personas per accessiones, & consequentiam. si ergo aliam personam, & quam offendere volebat, percutiat, vel laedat, pro utraque tenetur, & euentus non animus inspicitur, l. scientiam, §. qui cum alter. ad leg. Aquil. si autem realiter non laedat aliā personam,

Sonam, sed tantum per consequentiam, animus inspicitur non euentus, d.l. eum qui nocentem, §. pen. de injur. Quod si non ex proposito delinquitur, illud plus ad animum non ad euentum referendum, l.apud Labeonem, §. si quis virginis eo. de iniur. Ceterum si illud plus tendit in aliam speciem delicti, quam quod quis facere decreuerat, si utrumque crimen habet eundem finem, euentus non animus inspicitur, l. fi. C.de crim. expil. hæred. sin minus pro proposito non pro euentu tenetur, d.l. utrum, ff. de fur. l. qui in iuriæ. eo. tit. vi. sup. Fragm. 84.

*Auxiliator ad malum, an eadem
pœna sit puniendus.*

FRAGMEN. XCII.

IN 4.par.sub nume.176.car. 173. De auxilio quis non punitur pœna ordinaria, nisi equè cum principali eodem animo præstatum fuerit, & id probatum sit, & quod cum eo præcesserit tractatus ad illud maleficium committendū, & ad hunc effectum auxilium præbuerit, l. 3. §. homines, ff. vi. bo. rapt. Hipp. de Mars. in l. 1. nu. 81. Cod. de rapt. Virg. idem Sing. 400. vbi infert quod si frater casu reperiatur à fraude in tixa, & interficiatur fratris aduersarius, nec est locus pœnae ordinariae de auxilio. alleg. Bal. in l. data opera, col. pe. C. qui accus. non poss. similiter amicus ab amico vocatus, vt secum iret, & arma accipiat insciens quid futurum sit, si sequatur delictum, non tenetur de auxilio. Raphael Fulgo, in l. quid si fugitius, §. 1. ff. de ædil. edit. nisi si solitus esset ire fine armis, idem si quis arma, vel equum bona fide alicui accommodauit, quibus eo in scio secutum fuit delictum, dixi. in 1.par. nume. 218. & supradicta limita, nisi post factum is auxiliū præstiterit malefactori ad fugam, quia non caret pœna pro modo culpx. vi. supra in 2. parte nume. 102. & Hipp. Mars. d.l. 1. nume. 86. 179. & 186.

*De vi priuata, quando efficitur
publica.*

FRAGMEN. XCII.

IN 4.par.nu. 186. car. 174. Nota quod vis priuata efficitur publica, quando arma, & conuocatio hominum interueniunt, vt per Decia. de delict. tom. 2. lib. 8. titu. de ceter. caus. vis publ. tex. in l. qui cætu, ff. ad leg. Iul. de vi publ. et tot. tit. vi. sup. Fragm. 25.

*Irregularitas quando incurritur,
& quando non.*

FRAGMEN. XCIII.

IN 4.par.sub num. 196. car. 176. versi. Et clericus, & in materia irregularitatis. Nota, quod clericus, qui generaliter interrogatus quid fieri-

dum de homicidis, assassinis, latronibus, & huiusmodi celestissimis hominibus, si generaliter respondeat, debent suspendi, non videtur incursum irregularitatē, quia in genere fuit interrogatus, & in genere respondit, & de certa persona in specie tractatum non fuit, vt per Jacob. de Bellis. in sua prac. tit. Quat. sive causæ. nu. 201. adduc. ceter. in art. l. generali. C. de tab. lib. i. i. & l. si quid preferendum, ff. de fur. cum mult. alijs iur. securus ait si captus tunc fuisset aliquis, & de eo clericus in mente sua credidisset loqui, licet verbis de eo non expresserit, c. peteres. extra, de homic. libro 6. & cap. sententiam sanguinis. extra ne cler. vel monach.

*De gratia, remissione, & indulgen-
tia, et an per eas, interesse par-
tis sublatum sit.*

FRAGMEN. XCIV.

IN 4.par.sub nu. 228. car. 180. adde in materia gratiæ Fel. in c. inter quatuor. sub nume. 10. extra, de maior. & obed. vbi tractat quid impotent. gratia libera, vel gratia plena, indulgentia seu remissio principis ante sententiam imponat remissionem pœnæ, & confiscationis bonorum, & infamiae, l. rescripta, in fin. C. de prec. Imper. offer. post sententiam uidetur tantum remissa pœna delicti, l. fi. C. de gener. abol. nisi ex verbis colligatur esse gratia plena, & libera. Gomez. varia. resol. titu. de delict. cap. 13. sub nu. 38. post versi. item adde. & not. quod gratia concessa per verbum gratia, vel indulgeo, trahitur ad personam tantum, non autem ad bona nisi petitum sit utrumque per l. 2. C. de senten. pass. vel nisi ante concessionem gratiæ constituerit de innocentia condemnati. per tex. l. 1. §. si quis ultro. ff. de quæst. Böss. in titu. de remed. ex sola clement. Principis. nu. 1. vbi sub nu. 7. ait gratiam intelligendam esse concessam iuxta solitum. & in propos. not. quod Princeps de iure non potest pœnae partis applicandam remittere, l. venia. vbi omnes Doct. C. de in ius uoc. Grammat. consi. 34. idem vot. vlt. alioquin secundum Sot. peccat. vt in lib. 4. de iust. & iur. q. 5. art. 4. & plures allegat Menoch. de arb. q. 96. vi. omnino sup. in hac 4. p. nu. 202. & 206. & inf. Nec potest pœnam pecuniariam partis applicandam ex contractu commutare in pœnam corporalem, vt per eundem Menoch. car. 437. in nouiss. add. ad nume. quarto 5. & 6. supra Paris. nume. 102. & 159. & infra par. 5. num. 278. vbi qui non habet in corpore luat in corpus, & Böss. in titu. de remed. ex sol. clement. Princip. nume. 25. videtur contrariari. Claudi. vero ad Bertazol. consilio 163. liter. A. ait quando pœna debetur non de iure naturali, vel gentium, sed vigore iuris civilis municipalis, nunc potest à principe remitti. Dec. l. secunda, de in ius vocan. Bald. l. fin. numero octavo, C. de secer. rescind. possi. multo plus quando pœna prouenit ab ipso Princepe, maximè cum causa. Doctor. dicta. 2.

De rescriptum primum, quando per secundum auferatur.

FRAGMEN. XCV.

IN 4.par.sub d.nu.228.ca. cart. 180. in 2.col. versi. at si adesset. vi. in 6.part.nu.315. & adde quod rescript. tum secundum viliatur, si in nouissimis precibus non erit facta mentio de primo rescripto. tex. in c. caterum. de rescript. & Dec. consi. 460. num. 14. Rebuff. in sua praxi be nef. rubr. de diuis rescr. car. 81. in fi. vi. Caualca. in ver. rescriptum. sed vi. in Decis. 4. nu. 28. par. 2. attamen, & Mediolani expressè cauetur in no. ord. Vormant. tit. de rescript. §. quicunque & alibi. vi. Menoc. de arb. cas. 292. multò minus valeret quando rescriptum esset contra rescriptum si eut de sententia contra sententiam dictum est infra nu. 287. p. 4. & est summo pere caendum pet iudices, ne exeat extra vires rescriptorum, sed diligenter, & ad vnguem seruare tenentur rescripta. ar. l. generaliter. C. manda. Nam rescripta ad lites sunt stricti futis, & odiosa, ideo restringi, & non extendi debent. Caualca. Decis. 21. nu. 27. & 28. p. 1. alioquin sunt de lite lites, & ferè immortales. ideo caue ne pretextu æquitatis facias opus nullitatis.

De raptore, & quando teneatur raptam ducere in uxorem.

FRAGMEN. XCVI.

IN 4.par. sub nu. 234. cart. 181. vbi de raptu Virginum, dic quod potest reconciliari, ob sequens inter eos matrimonium, si ab utraque parte pax fiat. Clat. d. §. raptus. versi. quero modo, & raptor iure Pontificio iubetur aut stupratam dotare, vel in matrimonium ducere, cap. 1. & c. peruenit. de adul. sed concilio Aquisgrani extitit prohibitum. verum de hoc in c. placuit. 36. q. 2. & de rigore iuris etiam matrimonio, & reconciliatione sequuta, pena raptus locum habet, c. in Archiepiscopum, de raptor. sed de æquitate temperanda est pro modo c. cunctiarum, vis, & personarum, & si matrimonium inter eos contrahatur aduentant, ut seruentur solemnitas resecclesiaz, & ad hoc vi. Concil. Trident. sessio. 24. cap. 6. & Peguer. quest. crim. c. 42. & Clat. d. ver. raptus. vi. in Fragm. 38. & Fragm. 48.

De Bracchio seculari impetrando.

FRAGMEN. XCVII.

IN 4.par. sub nu. 256. cart. 183. Brachium seculare qualiter sit implorandum a iudice ecclesiastico. trad. etiam Menoch. de recuper. pos. remed. 3. nu. 359. & seq. vbi docet qualiter concedendum, & perendum sit, & per Abb. in c. 1. not. vlt. de offic. ord. vbralijs, & an iudex secularis possit compellere per excommunicationem ad dandum familiam in auxilium iudicis eccl.

fiaſtici Abb. in d.c. 1. col. 3. in fi. num. 11. & tene quod ſic intellige quando ex iusta cauſa, & neceſſaria petitur, & quid in delegato, trad. Felyn. in c. ſignificasti, de offic. delegat. & vi. inf. nu. 260. & in ſeq. Fragm. 95.

Brachij ſecularis imploratio, & concessio, quando excusat familiam.

FRAGMEN. XCVIII.

IN 4.par. sub nu. 258. cart. 183. & iussus iudicis ecclesiastici, vel imploratio Bracchij ſecularis ab eo petita excusat familiam iudicis laici ab excommunicatione, si ab ea clericus indebitè capiatur, & ducatur violenter ad carcere, tex. est in c. vt famæ, de ſentē. excom. & tenet Abb. c. 1. nu. 5. de offic. ord. vi. sup. Fragm. 94.

Absolutione ſemel facta, an accusator iterum accuſare poſſit, et an liceat accusatori variare forum.

FRAGMEN. XCIV.

IN 4.par. sub nu. 273. in fi. cart. 185. circa accuſatorem, & accuſatum, alter alterum criminibus impetens, vi. in ſtra in hac 4.par. sub nu. me. 379. liter. C. ear. 198. & in tantum eſt verum quod abſolutio de criminibus illatis facta, non impedit facultatem iterum accuſandi, & inquire di de illa colluſione, nec ſententia lata per colluſionem, iudeſt per fraudulentam conuentionem teneat. Abb. in c. fi. de colluſ. deteg. Farinac. de Inquisit. d. q. 4. nu. 13. per tex. in l. 3. fi. de præuaricat. & per alia iura quæ ibi alleg. Limita non procedere ad instantiam primi accuſatoris, sed alterius circa quod vi. quæ dicam in ſtra in fine huius Fragmenti, ver. At nolo, ex quo fauore pu blico cui libet de populo permittitur accuſare de colluſione c. fi. de colluſ. deteg. quæ tamen re gulariter non præſumitur. Farinac. d. q. 4. nu. 19. vbi plures alleg. Menoc. de præſumpt. lib. 5. præ ſump. 26. ponens coniecturas ex quibus colluſio probari poſteſt, cum ſit diſſicillis probationis, & plures alios adducit Mascar. de probat. conclus. 322. inter quas probatur quando adiuit aliquis a diuſus extraneus inter affinitate coniunctos, dicta præſ. 26. nu. 11. Sed in contrarium eſt alia conie quia: quia inter coniunctos maior præſumitur fides, & beauolentia, quam inter extraneos. Mago. Rot. Luc. Decis. 19. nu. 2. & 14. Bal. in l. cum ita. §. in fideicommissis, ff. de leg. 2. Hoc unum eſt quod vbi agitur de damno tertij notabili ob machinationem, confiſium fraudulentum, vel odij cauſa, vel cupiditatis, vel alterius interefſe, tūc pariter colluſio dicitur, ad hoc vi. Doc. in l. L. C. ad Turpill. & in ſtra in 5.par. num. 210. & 275. vi. ſupra p. 3. nu. 292. Fragm. 72. & vi. Bertazol. conſicti. 455. nu. 32. 33. 40. vol. 2. & colluſor, ſeu ſemeterius accuſator tribus modis detegitur, & uibus

tribus pœnis subjicitur. Aut. n. calumniatur, aut prævaricatur, aut tergiuersatur. In excessu calumnia, in defœtu prævaricatio, & tergiuersatio, in medio legitima accusatio, & de pœnis iam dictu fuit, & vi. in syntag. iur. lib. 32. c. 19. 20. 21. & 22. Procurator uero reuocatus ante accordium, cum parte non potest de prævaricatione accusari, at c. cum cessante de appellat.

* At nolo hic omittere, quod non licet accusatori, vel querelatori, post datam querelam coram vno iudice, pendente querela, compatere coram alio iudice, institudo, seu potrigendo aliâ querelam tenoris prima contra eundem querelatum, ut adiuerteri in dicta par. 4. sub nu. 134. quia variare non licet iudicium, nec forum, Bart. in l. vbi caput, ff. de iudic. Cyn. in l. nulli. in fi. ff. eo. Bal. in l. in criminali, ff. de iuris. omn. iud. Maria. Sœti. in c. proposuisti, nu. 55. de for. comp. Lancelot. de attenta, in 2. par. c. 4. limit. 2. nu. 559. Porc. in suis conclus. par. 3. conclus. 22. vbi dat. 10. ampliat. inter quas, ait, quod is qui iam ab eo conuentum coram vno iudice trahit coram alio, amittit causam, ut ampliat. 8. quamvis in vlt. limit. videatur contrarium dicere, ex Fel. in c. ad audiētiam, il. 2. col. 12. de rescip. verum pro parte contraria adducit Boer. sing. 6. in ver. clericus, & ita tenere videntur Caualc. Decis. 1. nu. 14. cum ibi per eum adduct. præsertim Bal. in dicta l. in criminali, ff. de iuris. omn. iud. & Cyn. dicta l. nulli. in fi. C. de iud. vi. Pileu. glo. q. 126. Corset. singulari in verb. iudicium, & Ro. consi. 369.

Sed reuera non debet quis duplicatis expensis grauari, l. bona fides, ff. de regul. iur. aliquin qui grauat tenetur ad illas, per l. eum quem temere, deiud. cap. damnum, de reg. iut. in 6. at etiâ contra istum calumniosum vexatorem, & variatorem vexatus poterit agere actione iniuriarum, §. qui per iniuriam, ff. de iniur. l. si vero, pro condéнатo, in fi. & ibi glo. ff. qui sanctor. cogan. Cavalca. de vñf. mul. relict. sub nu. 221. car. 4. 6. circa med. & dixi par. 4. num. 106. 273. quoniam non est permisso, ut de eodem delicto sèpius queratur, l. sepulchri, ff. de sepulch. violat. l. penul. ff. paut. cap. stab. quare si post primam querelam, ea pendente accusator aliam querelam coram alio porrexerit contra eundem, & succubuerit, & querelatus absolutus fuerit, is teinerarius accusator non poterit amplius confugere, seu redire ad primum iudicem, & prosequi primam querelam: quoniam sententia absolutoria (de qua supra) pareret exceptionem rei iudicata, ita quod exceptio rei in uno, obstaret in alio. Soc. consilio 38. Porc. dicta conclus. 22. limit. 13. Sébast. Vant. de nullit. ex defec. processi. nu. 125. quia acta facta in uno iudicio inter easdem personas fidem faciunt in alio iudicio, Viui. Decis. 13. nu. 2. lib. 2. & sic cautela erit ut inquisitus statim alleget exceptionem rei iudicata, & illam sententiam in contineti exhibeat antequam respondeat. Inquisitioni, ad h. ec. vi. Ruin. consi. 84. & quod dixi in dicta 4. par. n. 273. Bajar. ad Clarum, q. 57. ver. scias, & q. 39. Nam si primus iudex non fuit negligens, nec per eum stetit, nec querelatus renuit comparere, ut dicunt supradicti Doct. querelatus non potest sub duobus iudicibus eodem tempore molestatari. vi. in hoc proposito in d. 4. par. nu. 132. 133. & 240. & 273. qua nota.

Et in dicta 4. par. sub nu. 286. car. 186. vers. Nâ satis est. adde quod sicuti sententia condemnatoria referens se generaliter ad pœnas statutorum tenet, ita petitio incerta, & generalis qua petitur

executionem fieri secundum form. statuti tener, quando statutum diuersimodè ob diuersitatem personarum, & eorum priuilegia exequi mandat. Pulchre Ancha. consi. 6. viso themate, sub num. 3. versi. item aliter, contra absentem, vbi postea dicit quod generalis petitio restringitur ad causam specialiter prosequitam, sed non dicitur causa prosequita nisi deuentum fuerit ad sententiam, Alex. consi. 51. in fi. 4. part. Dicens quod si statutum puoit potenter, non habet locum si latâ sententia fuerit appellatum: nam pendente applicatione pœna non dicitur adhuc commissæ ex quo petitio non diceretur ad finem perducta, Bal. in l. aliam, C. de his quib. vt indig. Bar. in l. si quis id quod, ff. de iuris. omn. iud. Alex. & alij in l. si decem cum petiero de verb. obl. & sèpe petitio suppletur per sententiam, & sententia per petitionem, Bal. in Marga. in verb. petitio. & petitio generalis admittit etiam sententiam generalem. Abb. in c. licet causam, de probat. & ex hoc regulariter dicitur quod sententia debet esse conformis libello, l. libellorum, de accusat. Alex. ad Bar. in l. si quis delatore, lit. l. ff. de iur. fisc. dixi p. 4. nu. 37.

Qualiter sententia contra sententiam non tenet.

FRAGMEN. C.

IN 4. par. sub nu. 287. car. 187. Dic quod sententia contra sententiam tenet, quando sunt late diuersis iudicibus, sub diuersis dominis, nō autem sub eodem præside, vel quando vna à laico, altera ab Ecclesiastico lata est. Affl. & in causa testis falsi Decis. 219. nu. 6. Bal. in c. fi. de re iudic. & Io. And. in c. Felicis. in Nouel. & tunc sententia contra sententiam non tenet, quando prima est transacta in rem iudicatam ut hic. Sed quando vna sequitur iudicium iudicis a quo vel illud impugnat, tunc sententia contra sententiâ tenet.

An contumacia sola sit delictum.

FRAGMEN. CI.

IN 4. par. nu. 289. car. 188. Si contumacia est de se delictum, l. omne delictum, vbi Bart. ff. de re milit. & Iaf. in l. l. §. si procurator. ff. si quis iudicent. non obtemp. & l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. ergo utroque modo dici potest sententia lata ob delictum, vi. Rol. a Vall. consi. 47. per tot. volu. 2. vbi tractat de multis pœnis quas passurus est contumax.

Appellare an liceat ad Principem, omisso medio.

FRAGMEN. CII.

IN 4. par. sub nu. 302. lit. F. car. 191. & appellari etiam potest ad Principem omisso medio in 14. casib. quos not. Soc. reg. 23. Damas. reg. 74. vi. Don. a Fin. Villabol. & Bal. trac. com. op. lib. 4. tit. de iudic. c. 14. car. 101.

De

*De pace præsentanda, & de termino
statuti intra quem pax habe-
ri debeat.*

FRAGMEN. CIII.

IN 4. par. sub nu. 303. car. 191. Aduerte: quia pax debet præsentari in termino statuti, alioquin non prodeffent, & vi. in 2. part. car. 82. col. 2. versi. & no. quod si pax. qua de re si statutum dicit quod instrumentum pacis debeat præsentari intra mensem a die latæ sententiæ, dies prædicta non computatur in termino, secundum Alexan. in consi. 42. nu. 2. & 5. vol. 3. Cagnol. super Decret. Mantua, decret. 7. num. 20. 21. & 46. car. 15. & si quis habet tres menses ad faciendam pacem, quot dies in totum erunt, puta unus mesis habet dies 28. alter 30. & alias 31. debent in totum calculari dies 89. tantum, ita not. glo. in c. quam sit, de elect. in 6. Bat. in l. cum bisextus, de verb. sign. pulchre Bernar. Ultramont. in sua praætic. Forens. lib. 1. obseruat. c. tit. 49. car. 139. Qua de re sequenti finitis diebus pax præsentari debet, vel haberi, ut statutum dicit, quoniam hoc casu dies termini non computatur in termino, dixi in 6. par. sub nu. 528.

*De retardanda executione
capitali.*

FRAGMEN. CIV.

IN 4. par. sub nu. 309. car. 192. Dicas quod executio sententiæ retardatur, donec responsum acceptum a Principe, quando iudex videt Principis iustum esse in uestum. Gig. de crim. læsa Maiesta. q. 16. nu. 13. tex. in l. si vt proponis. C. de execut. rei iudic. Ias. in §. si minus, num. 16. de act. Abb. in c. vniuersitatis, nu. 7. extra de senten. excommu. Imo. consi. 127. per tot. & vi. Fely. in c. querenti. de offi. deleg. vbi trad. casus 12. quibus executio sententiæ capitalis differtur. & Ias. in l. debitoribus. tradit duos casus, ff. de re iud. & Blanc. in sua pract. crim. fol. 154. ponit octo casus, & Mars. in sua pract. §. oportune, multos alios casus enumerat, Bonacossi. comm. op. tit. de iudic. c. 31. tom. 4. car. 93. vbi circ. fin. docet modum, & tempus exequendi sententiam capitale. Et tene menti quod iudex ex officio videns sententiam iniustam, quamvis esset sententia lata per Imperatorem contra notorium facti notum sibi iudici, vt iudici, est ipso iure nulla, & non debet exequi, c. Abbat. sane. de re iud. clem. pastoralis, eo. tit. Anch. consl. 6. viso themate.

De inanimatis quoque puniendis.

FRAGMEN. CV.

IN 4. par. nu. 313. car. 192. & quod quandoque inanimata puniantur, licet in eis non sit capacitas delicti actiue, nec passiuæ, sed ad terro-

rem, & memoriam patrati sceleris. Gand. de reb. non por. cont. Deuetum, nu. 7. Stracc. in trac. de nau. nauib. & naufr. p. 3. nu. 17. quod in casib. val de atrocissimis fieri solet vi. in 3. par. sub nu. 112. vbi dixi etiam inanimata facere indicium.

*Quando pro fisco, & quando contra
fiscum iudicandum sit.*

FRAGMEN. CVI.

IN 4. par. nu. 321. car. 193. Quando contra fiscum, vel pro fisco iudicandum sit. tradidi in 6. par. sub nu. 557. interea vi. Peregr. de iur. fi sc. lib. 6. tit. 6. de pign. & hypothec. sub nu. 21. vbi distinguit aliud esse quod causa fisci sit par. cu priuato, & tunc pro fisco iudicandum esse, l. inter pares, ff. de re iadic. c. fin. extra eo. aliud est, quod causa sit dubia, & tunc contra fiscum. maxime, vbi ipse de lucro agit caprado, l. in ambiguis orationibus. cum simul de reg. iur. l. cum de interpretatione, ff. de leg. l. si quis intentione ambigua, ff. de iudic. vi. Couartu. var. resol. lib. 1. cap. 16. in prin. Cæphal. consl. 87. inter consi. cri. vol. 2. Hinc dixi quod in certa causa exportationis Annonæ commissa D. Cap. Iustitia Senarum, & mihi delegata. Quod reus debebat condemnari de iure, ex quo locus vbi reus cum re repetitus fuit etat prohibitus, ut ex fide habita primo loco in Cancellaria DD. Conseruatorum, at D. Cap. contrasentientis allegabat aliam similem fidem secundo loco habitam ab eadē Cancellaria quod loeus non erat prohibitus circa res contra deuetum exportandas: quia erat in montanea, prima erat facta puta de anno 1590. à Dominis illius loci, qua declarauit locum illum esse, puta prohibitum, secunda erat anni 1592. facta a conductore illius loci qua declarauerunt, locū illum non esse prohibitum circa res contra deuetū exportandas: quia erat in Marema. & ex ijs dicebam nos versari in paritate probationum, & sic pro fisco: ipse verò D. Cap. contradicebat quod immo nos versebamus in dubio, ergo contra fiscum, sed quia agebatur de absolutione, libenter adhæsi, licet solus aliter iudicassem per supradictam distinct. Peregr.

*Quod per argumentum à contrario sen-
su venit, non intelligitur illatiue,
sed est ac si expressum fuisset.*

FRAGMEN. CVII.

IN 4. par. sub nu. 441. car. 202. Verumtamen scite debes quod illud quod venit per argu- mentū a contrario sensu non dicitur venire per extensionem, sed virtualiter, & habetur, ac si expressum fuisset, diciturq; mēs textus, legis, aut statuti, glo. ord. in l. qui testamento, §. mulier, ff. de test. vbi omnes Doct. & in l. conuenticulam, C. de episc. & cler. Euerat. dict. loc. 4. adeo quod non potest dici commissum, & ideo non recurredit ad aliud statutum civitatis prædominatis. pulchre D. Borgn. Caualea. trac. de tutor. nu. 82.

versi.imo a contrario sensu. idem Decis. 12. nu.
2. & Decis. 13. nume. 20. & 21. par. 3. quodque lo-
cum habet in omni dispositione, quando maxi-
mè id quod venit per d. argumen. a contrario sen-
su, est secundum ius commune, ut declarat idem
Causalca. Decis. 20. & 21. par. 3. & alibi ut in suo
nouiss. reper. eo. ver.

*Tractus quando sit punibilis, & ubi
puniendus sit.*

FRAGMEN. CVIII.

IN 4. par. sub nu. 196. car. 176. Rursus quo ad tractatum. Dicit D. Farinac. tit. de Inquisit. q. 7. sub nu. 49. quod mandans homicidium committi, & tractans homicidium committi pa- ri passu ambulant. Vnde sicut mandans ratione mandati potest puniri in loco mandati, licet in alio loco delictum secuum fuerit, ad trad. per Bal. in l. non ideo minus, ad si. C. de accusat. An gel. de malef. in verb. Sempronium mandatorē, q. 20. & alias quos Farinac. adducit. in hoc pro pos. d. q. 7. sub nu. 48. vbi per plura fundamenta hanc opin. substinei. & ipse dico quod mandans potest puniri a iudice loci mandati, quando index loci delicti nō est sub eodem Principe, quia Principis Maiestas dicitur offensa in loco mandati, vt ait D. Farinac. ibi versi. secundo moneor in si. & per alias rationes. ibi adduc. At si vterque index sit sub eodem præside, tunc mandans esset remittendus ad iudicem delicti, cum quia præcedit glo. in elem. pastoralis. §. si quis in provincia, de re iudic. & alias dixi, par. 4. nu. 245. tum ea ra- tione, ne causæ continentia dividantur, l. nulli C. de iudic. & sic procedit op. tenentium contra Farinac. quod iudex delicti debet cognoscere, tā contra mandantem, quam contra mādatarium, vtd. q. 7. sub nu. 47. & 48. nisi pena pro tali delicto grauior imponeretur in loco mandati. Bart. in l. non ideo minus. C. de accusat. Plac. Epit. delict. c. 15. nu. 16. cuius op. mihi placet. At si sint sub diversis præsidibus tunc ratione loci manda- tati iudex procedet contra mandantem, & iudex delicti contra mandatarium, per iura & rationes adductas per D. Farinac. loc. mox citato. & ita re conciliantur prædictæ opiniones, ultra distinc- tionem Farinac. sub d. nu. 48. ver. Quid dicendum, vbi vi te. Plac. Epit. delict. c. 15. nu. 17.

modo ad rem dico quod sicut mandans, seu mandatum potest puniri in loco mandati iuxta mox adducta, ita tractans, seu tractatum potest puniri in loco tractatus, vt aduerti in d. 4. par. sub nu. 142. ad quod, adde Mars. in l. vñica, nu. 250. & 231. de rapt. virg. & vi. etiam Euerar. in sua centu. in arg. à ratione finis, & sic eadem met distinc- tionem eundum esse sicut supra de mandato di- ctum fuit.

Ex hoc colligitur quod mandans in loco man- dati dicatur forum sortiti, & sic effici de foro lo- ci mandati. idem de eo qui tractauit in loco de homicidio committendo, per Lillud, ff. ad leg. Aquil. & licet quis non esset subditus illius lo- ci in quo tractatum fecit, nihilominus ratione tractatus protogalle dicitur iurisdictionem iudi- cis d. loci. Ang. de malef. in verb. existens Floren- tiæ, nu. 2. & 4. & Decian. de delict. tom. 1. libro

4. c. 17. nu. 8. Bal. in l. 2. C. de Eunuch. Quæ op. locum habet quando tractatum fuit de estimis- læf. Maiest. l. quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. vel de assassino. c. pro latranti. de homic. in 6. & in alijs casibus quos adduc. D. Farinac. d. titu. de In- quisit. d. q. 7. sub nu. 49. & in tantum est verum, quod etiam si tractatus ad effectum non peruen- rit, nihilominus est puniendus, vt dixi d. par. 4. sub nu. 196. 197. & seq. Beroi. q. 89. vbi latē, sed si ad actum proximum non fuerit deuentū, tunc pena quadam arbitratia tractatus solus curia pu- niendus. Berrazol. consi. cri. 243. num. 4. & 6. sed ipse non tam leuiter punitem, ut vult. Bertazol. ibi. nisi ad effectum non fuisset deuentum propter penitentiam, re integra de qua constaret. vi. in ver. penitentia quando in delictis locum ha- bet. at si tractatus non fuisset exequetus ob im- potentiam, vel difficultatem, tunc grauiter puni- rem, habita tamen consideratione personarum originis & causæ, ac qualitatis d. tractatus. idem teneo & obseruat̄ io mandato dato, & non se- cuto, quicquid alij parum in criminalibus ver- sati dixerint.

Tractatus tunc dicitur fieri, quoties duo, v. l. plures inter se se insimul conveniunt, & tractant de committendo aliquo delicto, & in eandem opinionem deueniunt ex animo, cogitando, tra- cando, & deliberando. l. & si amici. ubi Bart. & alijs ff. de adult. l. fin. §. notissimum. C. de iur. de- liber. plura per Jacob. Nouell. pract. etiā. num. 49. cart. mihi 497. vbi num. e. 50. ait quod com- missio delicto præcedentis tractatus a pluribus, si ignoretur a quo, tamen ratione tractatus omnes tractantes eadem pena sunt puniendi. vi. in re- pert. de animo deliberato, & delicto appen- sato.

Nec obstatet h. commissio calculorum facta esset cum ijs aerbis, videlicet, siant calcula inter partes & si oritur dubium iuris, vel quid non consistens in mero facto, calculatores valeant toties quoties opus fuerit, petere votum assessoris, vel illius periti; quoniam talia verba secundum subiectam materiam sunt intelligenda. l. si uno anno. ff. loc. l. insulam, de præscript. verb. Battol. in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. & si circa calcula, & non extra calcula, prout esset si calculatores committerent articulum supradictæ exceptionis ne egeat, quia est quid diuersum à calculatione. Et verba commissionis sunt intelligenda, ne contrariari videantur dispositio statutorum expresse, vel rescripto, aut ipsi met commissione limitata, cap. inter dilectos, §. ceterum, de fide instrum. Bart. in l. fin. §. idem quæsit. versic. circa prædicta, de cond. indeb. vide infra versic. & quoniam, quia limitata causa seu limitata commissio limitata tradit iuri distinctionem, arg. l. in agris, ff. de acq. rer. dom. Sed supremi magistratus solent quādoque talen nullitatem non attendere. Nec posset allegari quod talis exceptio ne egeat, subintelligatur inesse in sententia, si non fuit proposita, & idē dispositionem l. Nefennius, §. fin. de re iud. non habere locum, nec l. ex diuerso, §. fin. ff. solut. matr. per supradicta, quæ duo iura præsupponunt, quod talis exceptio fuerit proposita ut cpius dictum est, alioquin daretur repugnaria, & non concordantia in dictis binis ll. quod esset contra cap. cum expedit, de elect. lib. 6. l. 1. C. de inof. dor. Anch. in propos. d. cons. 6. viso themate, num. 5. qui sub nu. 7. dicit quod si exceptio est proposita, & sententia simpliciter lata, tunc exceptio inest in sententia, quia illius verba sunt referenda ad intellectum iuris communis, quando per illum modificationem recipiunt, secundum subiectam materia, de qua in sententia continetur, per dict. l. miles, §. decem, de re iud. & leg. secunda, C. de noxal.

In summa omnia iura loquentia, quod debitor non teneatur nisi in quantum facere possit non habent locum nisi egeat, at si haber artem, vel aliunde ex industria, vel aliter vnde viuat, non potest obtinere tale beneficium, vt Doctor, omnes tenent in d. l. ex diuerso. §. fin. cum con-

cord. solut. matr. & in l. Nefennius, §. fin. cum concorde re iudic. & in marito si per statutum lucretur aliquam partem dotis pariter tale beneficium cessat, & vid. Pereg. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. de public. bono. at cessante hoc lucro procedit quod ait Castr. d. l. Nefennius, sub num. 1. ff. de re iud. alia quam plures limitationes traduntur, quas consulto omitto breuitatis causa.

Pro complemento scias, quod si quis ex supradictis subrogatus fuerit debitor in locum alterius, cui non competet tale beneficium, subrogatus non possit vti suo privilegio contra creditorem, per reg. subrogati, §. fuerat. vbi Iaf. & Faber. institu. de act. Nam subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatus cum omnibus eius qualitatibus, Doct. omnes in l. unica, C. de rei uxori. act. multa alleg. Euerar. in centur. loc. 93. à subrogat. & attingit qualitas in hæc personæ principalis debitoris non subrogati. ut per Iaf. d. §. fuerat, nu. 7. vnde si primus debitum compensare non poterat, nec secundus debitot subrogatus competens abiji, l. eius, C. de compēs. Mago. decisi. 42. num. 9. Laus Deo.

Rursus quo ad exceptiones à statuto reiectas, nunquam intelliguntur reiectæ, quæ vel ab ipso fonte emanant, vel ab alijs statutis, Battol. & alij in l. omnes populi. de iust. & iur. idem in leg. 1. §. patui refert, st. quod vi. aut clam, Mars. sing. 293. Riti. in. cons. 119. ad fi. volum. 1. Cephal. cons. 146. nu. 17. lib. 1. Bertazzol. cons. crim. 369. num. 15. & alibi. volum. 2. Cavalcan. decisi. 21. num. 90. par. 1. ergo ex hac ratione non censemur reiectæ, nisi exceptiones ille, quæ ex casibus in statutis enarratis opponi possent ceterū de alijs casibus in volumine statutorum non narratis, exceptiones admittendæ uenient, iuxta iuris com. dispositionem, ad hoc vt ius commune minus laudatur quam fieri possit. Doct. in l. fi. §. in computatione. C. de iur. delib. & dixi supra in 3. par. num. 144. & eo magis quando quis indebet dānum pateretur, si non adiitterentur. Cano. in cap. cum dilectus, de cler. non residen. Battol. in l. omnes populi. quæst. 5 de iust. & iur. ui. Alex. cons. num. 3. volum. 4. Roland. à Valle cons. 97. num. 23. lib. 2. & hanc limitationem not. quia est noua. & vi. in ead. 6. par. sub num. 216. in materia statuti rei sciendi ex. ussum, & licet in ea. 6. par. sub numero 445. aliter dixerim. Vnde ius iam ante statutum respicit futura, nō autem præterita. Cephal. cons. 644. num. 10. volum. 5. non sic in abolitione delictorum, de qua locutus sum in 1. par. Nam si fiat proclama indulgens maleficia, tunc de præteritis non autem de futuris intelligi debet, alioquin daretur materia delinquendi. Bar. Bald. & Alexan. & alij in l. cum lex. ff. de leg. Cano. in c. fin. de constit. & vbi exceptio fuisset reiecta, non deficeret officium iudicis. Ang. in l. planè, de except. Petri. Sanc. sing. 63. Mars. de fideiust. num. 278. & Curt. Senior. cons. 71. num. 4. Ioan. de Amic. cons. 89. num. 6. & seq. plura in hoc propos. per Bonacoss. in suis quæst. crim. in uerb. exceptio. & hanc declamationem no.

Et quoniam, supra in versic. Nec obstatet, dixi verba rescriptorum seu commissionis, vel delegationis esse attendenda. scias quod si fuerit data facultas judici moderandi (sicut sapè fit, & dicitur de arbitris, & moderatoribus) circa importantiam verbi moderare, intelligitur diminuere, vt deciditur in cap. fi. de verb. signif. impor-

rat enim diminutionem, non autem augmentum, vbi glo. in verb. moderationis, & ibi Abb. num. 1. Hostiens. num. 3. & sub num. 4. versic. cum moderatio. Anto. de Butt. numero primo. & in primo not. Ioan. Andr. numero primo, Roman. consil. 369. circa primum, sub numero 25. versicul. allegatur. vbi etiam declarat verbum moderare per verbum reformatum, ibi moderari seu reformati. Et quod diminutionem importet, ait Nat. in clemen. sepi. in princip. colum. 18. versicul. circa primum, de verborum signific. Felyn. in capitulo ex litteris, numero 25. & ibi Dec. numero 14. de constitut. & clausula procedas cum moderamine importat arbitrium boni viti, ut per Menoch. de arbitr. iudic. questio. octaua, numero 53. & 54. Vbi æquitatem sapere ait. Sed si expresse de moderatione in commissione executionis non fuerit dictum, non poterit iudex supplere, quia non dicitur suppleretur qui diminuit, immo verbum supplere importat augmentum, tot. tit. C. vt que def. aduoc. part. iudex supplex, & à verbis commissionis non est recedendum, l. diligenter, ff. de procurat. cum simil. & si ex se moderaretur, diceretur tanquam priuatus, & non vti iudex fecisse, quia commissio est strictè interpretanda, cap. cum dilecta. de rescrip. scib. in leg. prima, ff. de offic. eius, & sic stricti iurius est, qua de re delegatus nihil plus potest, quam circa expressa in delegatione, cap. cum olim, C. & P. & cap. de causis, de offic. deleg. pulchrit. Dom. Menoch. de arbitr. iudic. quest. 74. numero 56. & sequen. vbi respondet ad contraria. Que sunt not. nec prætextu æquitatis quis exeat extra limites suæ iurisdictionis, & præjudicet alteri parti. quicquid sit in iudice ordinario. Nam qui se ingerit, vbi non debet, culpa non caret.

Rem alienam emens, aut conductens scienter, vel ignoranter, an si conuentus fuerit, & nominet Authorem an liberetur à molestia, & de laesione quanta esse debeat.

FRAGMEN. CXVIII.

IN sexta parte, sub nume. 352. & 255. cat... Aduerte circa fructus restitucionem, quoniam si quis scienter à non Domino rem alienam recipiat, tenetur nedum restituere fructus extantes, sed etiam consumptos, propter malam fidem, §. item qui à non Domino. Institut. de rerum diuisio. At si ostendat habere titulum, & possideat pro se, ut in emptore, & donatario, & huiusmodi, tunc non tenetur de consumptis, nisi quatenus factus est locupletior. sic gloss. determinat ibi in dicto §. in versic. fructus, & in versic. cogitur, quia sic natura conditionis siue causa id postulat, secus si sit in bona fide, quia non restituit. si vero possidet pro alio, ut quia usfructuarius, aut conductor, seu colonus, iux. text. §. is vero. Institut. eod. de rerum diuis. non tenetur restituere, & nominando locatorem, seu Authorem eximitur à molestia, Marant. deordin. iudic. parte 6. membro sexto, Marzar. de-

cisione 180. & Vrsill. ad Afflict. decis. 217. Caualcan. decisione 45. numero 74. parte prima, Mago. decisione 150. Doctor. in leg. prima, C. vbi in rem act. Menoch. de recuperanda possess. remed. 15. numero 488. Caroe. locat. tit. de nominatio. At non liberatur à tali molestia etiam nominando Authorem, si is possessor siue conductor conveniretur a Domino rei tanquam usurpator, vel spoliator. Marant. vbi supra. & Afflict. dicta decisione 217. in fine, quoniam teneretur prosequi iudicium, & ostendere qualiter ipse non usurpauit, nec spoliauit. idem si à prædone scienter habuerit, Corn. in l. si urbana, numero tertio, ff. de condic. indeb. sed aduerte quod conductens à creditore ius in re habente, non dicitur conduxisse à prædone, vide gloss. in linea vlla, & in l. etiam, §. si quis, eodem tit. & ibi Doctor.

Præterea si Dominus rei, vt puta debitor ageret contra possidentem rem habitam à creditore, & possessor nominaret creditorem in Authorem, tamen non liberaretur per talen nominationem, si debitor ageret contra ipsum possessorum tanquam fraudis participem ratione reuocatoria. Iaso. in dicto §. item si quis!. Institut. de act. Negus. de pignor. & hypothec. parte sexta, membr. primo, numero 27. cum sequent. quæ fraus diceretur probata, si pro quid minimo emiserit rem à creditore, vel pro quid minimo seu minima pensione eam conduxisset. ad trad. per Bald. in capitulo primo, circa finem, tit. qualiter feu. alien. non poss. Ias. in §. item si quis in fraudem, nume. 46. Institut. de act. vid. in 6. par. sub num. 226.

Sed aduerte, quia aliud est laesio ultra dimidiem, de qua est materia in leg. secunda, vbi omnes, C. de rescind. vendit. quia lex in hoc prouidet per remedium rescindendi contractum, at in casu fraudis, vt locus sit, & tertius possessor conuenit possit. etiam pro fructibus, tunc modicetas, seu lesio deberesse super toto, vel quasi, ad hoc vt fraus arguantur, vt pulchrit. explicat Alexander consilio 47. numero quinto, & 15. volum. primo, vide Mascard. de probat. conclusione 815. vbi latè de fraude probanda, & per Menoch. de præsumptio. libro quinto, præsumptio. tertia, per totum, alioquin non posset debitor agere reuocatoria aduersus possessorum, etiam in casu fraudis, nisi demum in subsidium facta prius excusione contra nominatum in iudicio in Authorem, seu creditorem, Iaso. dicto §. item si quis in fraudem. Institut. de actio. Bartol. in rubric. & leg. prima, C. de reuoc. quæ in fraud. credito. & in leg. prima, C. si de ven. pign. Negus. de pign. sexta parte, primo membro, numero vigesimo septimo, & ideo male ageret is qui contra tertium satageret ad fructus, quando posset faciliori, & tuiti via agere contra Authorem. nomina-

tum,
& hæc not. in præ-
ctica.

*Templum quot modis redditur
profanum?*

FRAGMEN. CXIX.

IN sexta parte, sub numero . . . car... Nostra quod aliud est profanare templum, aliud polluere. nam profani dicebantur qui à fano, & sacris atcebantur, vt ait Vergil. in Aeneid. procul, & procul est profani. & not. in §. sacra, Institu. de rerum diuis. & per gloss. in l. nemo. C. de sum. Trinit. & fid. cathol. quod verbum sonat in bonam, & malam partem. sacram enim differt à profano, sicut res spiritualis à temporali, & apud Plaut. sacram, an profanum habebas parui penditur, & Cice. ait, si ista consecratio legitima est, quid est quod profanum in tuis bonis esse possit, hinc dicitur profanus vulgus, profanus vsus, id est communis, & vulgaris, & non sanctus, d. §. sacra, vbi gloss. Institu. de rer. diuis.

Et quandoque saeta ex causa profanantur, vt pura pluribus iestibus ferro percussa, vt in meliorem formam reddantur, & apud leg. dicitur, in Leg. prima, §. opus nouum, ff. de nou. oper. nunt. plura trad. Ioan. Azor. in suo tract. Institu. moral. capitulo septimo, quem vide, vbi de calice, & patenis multa dicit. Sed quo ad verbum profanare, idem videtur dicere quod de verbo perturbare, d. & aleg. nemo, C. de summa Trinitate, & fide Cathol. at in hoc casu Ecclesia non dicitur profanata, sed execrata. Abb. in cap. proposuisti, numero decimo, de consecr. Eccles. vel altar. vbi sub numero 3. trad. quibus modis execratio fiat, & in dicto capitulo tractat an Ecclesia execrata, vtique altare sit execratum, potest que execratio sequi casu. vt ibi, vel data opera, vt supra, aut in contemptum, vt solent haeretici, de Ecclesijs stabula facere, sed pro dolor de quibusdam Christianis, qui in Ecclesiis quid facere non pudent, non audeo dicere.

At pollutio Ecclesiæ semper, & vbique mala fuit, & verbum polluere semper in malam partem sonat, quoniam qui iura transgreditur (apud Cicet.) dicitur sceleri nefario polluisse omnia diuina, atque humana iura, & qui de sancto male locutus est, dicitur labia polluisse, vt in hymno Sancti Ioay. Bapt. & Virg. ait polluit ore dapes, & apud Ovid. Metamorph. Afflactuque suo populos vbique domosque polluit, sic de proditore patriæ, & patriotatum hoc verè dici potest, si milititer de infamantibus suam, vel alienam familiam, vt apud Horat. od. §. nullis polluitur casta.

Domus stupris.

Sed ad propositam Ecclesiæ materiam, vide Ioan. Azor. dicto tract. institu. moral. libro novo, capitulo quinto, vbi sex casus tradit quibus Ecclesia polluitur, quando fit dolo, vel iranter, aut culpa, & datur opera rei illicitæ, non autem casu, & præter intentionem, quæ deseruunt ad declarationem infra scriptorum casuum, quibus Ecclesia polluta remanet.

Primus casus est propter homicidium voluntariæ parricidii, vt dicto capitulo proposuisti, de consecrat. Eccles. hinc polluta dicitur etiam ob-

occisionem martyrum, hoc scilicet attenta pertuera & impia voluntate Tyrannorum.

Secundus casus est de quo mox supra dictum fuit, scilicet de feminis humana voluntaria effusione, vel in coitu agitando, vel aliter voluptuose, secus si in somniis euenerit, verum tamen ad remouenda pericula, non permittitur amplius in Ecclesia Excuria seu vigiliae: sed in coniugatis tenet Ecclesiam quoque pollui, quia non est locus aptus, nisi coniuges diu in Ecclesia obseruantur, & dum cootent ad conseruandam vitam spiritualem semen effunderetur præter illorum intentionem per supradicta, alioquin ratione loci quæ alias licet fierent, illicita sunt. Vnde D. N. Iesus Christus fecit quasi flagellum de funiculis ejiciens e mentes & vendentes columbas de templo, vt apud Ioan. Euang. cap. 11.

Tertius si in Ecclesia vulnus illatum sit (quævis sanguis extra Ecclesiam effunderetur, non sic econtra, & modica effusio non polluit. Azor. loc. cit.

Quartus si suspendatur, aut suffocetur in Ecclesia fur à iustitia, dict. cap. proposuisti. vbi Can. omnes.

Quintus casus est, quando in Ecclesia sepelitur ex errata scientia excommunicatus, cap. consuluisti. cod. de consecr. Eccles. sed cadaver excommunicati ad canes ejici debet, facit cap. Ecclesiam, de consecr. distinet. prima, at si ignoretur an sit excommunicatus, non sic, cum sepultura sit aclusus pius, & in dubio concedenda sit, vide in quarta parte, sub num. 377. altoquin vix cognosci posset an Ecclesia polluta remaneret, cum excommunicati diuinum iudicium non timant, si absolutionem non quæreant.

Sextus casus est de pagano, vel de non baptizato in Ecclesia ignoranter sepulso per supradicta, nisi mulier pregnans ex im prouiso peperisset in Ecclesia fetum, illumque sepeliri fecerit, capitulo si qua. de consecrat. distinet. 4. Azor. vbi supra.

Septimus casus est quando Ecclesia consecratur ab Episcopo scienter excommunicato. Can. in capitulo consuluisti. de consecrat. Eccles. Nam manus sordida coinquinat oculos, vt dixi numero 138. parte quinta, manus vero munda abstergit lachrimas, & absolvit. Ceterum propter rixam, tumultum, luorem, furtum, rapinam, verbera, tumorem, & huiusmodi delicta, præter sanguinis effusionem, & alios casus prænarratos Ecclesia non polluitur. ut per Io. Seluae benefic. parte prima, questione quinta, num. 102. quem adducit Ioan. Azor. loc. cit. lib. 9. cap. 5. sed in omnibus me temitto determinationi S. Matris Ecclesiæ.

Postremò scias quod aliud est profanare, aliud est violare templum; Nam qui primò locum sacrum ingressus ut fugientem in illo ex illo abducit dicitur violator loci sancti. Secundo si vi extrahit existentem intra Ecclesiam, & cemiteriū. Tertio qui clericum per vestem vi trahit. Quarto qui extra Ecclesiam telo, vel sagitta in Ecclesia existentem vulnerat. Quinto si tractatum ad occidendum, aut mandatum datum sit, de ijs omnibus penes Io. Azor. de instit. moral. d. lib. 9. c. 9. littera D. cat. 624. idem quando furtum vel rapina clam, aut per vim committitur in Ecclesia. tot. tit. de sacril. de quibus etiam per Decia. in suis tract. crim. eod. tit.

Appel.

*Appellatione vestium, quæ veniant,
& de pluribus speciebus
Togarum.*

FRAGMEN. CXX.

IN sexta parte, carta . . . sub numero . . . vestium appellatione veniunt omnia necessaria à planta pedum usque ad verticem capitis, totum corpus tegentia, leg. vestis, ff. de auro, & argen. legat. & idē Beretum quoque continetur. Rip. in leg. si quis in fundi. numero decimoquinto, de legat. primo, Alexand. consilio quinto, numero vndecimo, volumine primo, & etiam calcimenta. Crauet. consilio . . . num. tertio, & appellatione alimentorum veniunt vestes Rolan. consil. vigesimo secundo, nume. primo, libro primo, vide Surd. de aliment. tit. quart. to, quæstione secunda, numero 29. & 30. & debentur omnia linea, & lanea, serica, bombacea, camisia, & usque ad cingula, alutæ, & alia de quibus latè per Simon. de Præt. de interpret. ultim. voluntat. libro primo, dubio vndecimo, numero 42. Sed non sic in materia pœnali propter communè usum loquendi. Fely. in proem. Gregor. sub numero duodecimo, & infra dicam. ex quo vestis illa tantum appellatur, qua quis inducir super alias uestes, quibus uestimur, & sic ultima uestis, vel supra uestis secundum communem usum loquendi, sive sit ad usum mulierū, sive ad usum masculorum, quam togam Doctores appellant, & à toga candida candidati Magistratus dicebantur. Plin. libro septimo, de Nasica. qui toga candida bis repulsa notatus à populo fuit, cuius exemplo ambientes Magistratum repulsi prima, aut secunda uice, temerè amplius satagunt obtinere.

At toga prætexta erat uestis cuius ora & circuitus purpura erat prætextus, secundum Livii. libro 34. Purpura viri utimur prætextati in Magistratis, vt Florentiæ Senatores, ex numero 48. nobilium, qui clarissimi dicuntur, sicut Venetijs purputati, est alia toga pura, quam tyruni forenses assuebant, vt hodie procuratores Florentini, apud Luc. lib. tertio, alia toga triumphalis, aut palmaria. Mart. libro septimo. alia toga picta, qua & si olim publici Magistratus indebantur; tamen hodie, utuntur Comici. Toga pulla est uestis nigra, quam hodie dicimus il buco in ciuitate Florentiæ, sunt aliae plures species sub nomine toge, vt pulla, idest qua in funeribus utebatur, toga rasa, toga virilis, toga puerilis, & uestis talaris, quæ usque ad talos descendebat. Cicer. lib. septimo, in ver. & non est instru quo sum scire has distinctiones, quoniam ad interpretationem statutorum, & ultimarum voluntatum valde deseruunt; Nam si uestis legata sit Doctori intelligitur de illa quæ ipsi conuenit, si mercatori similiter, & sic de singulis, quoniam secundum curusque qualitatem personæ uestis adaptari debet, vt nomina sint consona rebus, §. est & aliud. institu. de donat. & vt secundum qualitatem personæ verba intelligentur, l. plenum, §. equitij, ff. de usu. & habita. Illustris. Mantic. de conjectur. ultima. voluntat. libro 6.

titulo vndecimo, numero primo, & 17. At in statutis strictius agitur, quia & si in legatis, ex communi usu loquendi appellatione vestium, utique Caligæ comprehendantur, vt supra, securus in statutis. Card. in clemen. secunda, quæst. quinta, de vit. & honest. clericor. unde circa statuta punientia illos qui alienas dilacerant uestes, intelligitur de supra uestibus tantum, sed vi Albert. de Rosat. super statu. quæstio. 84. parte prima, si ratio statuti respiciat damnum in re, procedit in qualibet ueste supra alias, etiam si quis non habeat nisi unam uestem si loquitur respetu iniuria quæ fieri dicitur per lacerationem uestis, tunc aliud est in vitro nobili, aliud in plebeio: peius faciunt qui bonam proximi lacerat, detractores enim sunt contra quos Nauar. confess. capitulu deeimooctauo, numero trigesimo-septimo, qui tenerentur ad restitutionem, vt dixi, numero 210. parte quarta, & statuta prohibet portari gemmas, & uestes deauratas debet strictè intelligi contra illos quos non decet portare, vt fuit artifices, & plebei: sed si ratio statuti est facta vniuersaliter ne ob nimium luxum ciues reddantur pauperiores, sed immo locupletes ac diuites sint. iux. §. consideremus, in Authen. de nupt. comprehendit magis nobiles quam plebeios qui vel nō possunt uti pauperes, vel si possunt, nō auderent ferre uestes illas quas non decet nobiles induere, alioquin eis dici posset; sicut Ephippum hoc est sella asino adaptatur, ita uestis serica viro ignobilis, sed magis adaptari potest illa uestis quæ vulgo appellatur Cimara: hinc Florentiæ dicti sunt Cimarinæ satis note, tandem scias quod uestis aigit excellentiam dignitatis. Boer. de author. magn. cons. numero 29. & qui moribus uestiuntur Curiales dicuntur.

De Regalibus, & quæ sint regalia.

FRAGMEN. CXXI.

AD sextam parte. carte . . . sub nu. Regalium appellatione veniunt viæ publiæ, flumina navigabilia, portus, ripatica, uestigalia, monetæ, mulæ, pœnæ, bona vacantia, bona eorum qui incestas nuptias contrahunt, angaria, parangaria, præstationes, obsequia personarum, & animalium seruitia ac plaustrorum. Potestas constituendi, & ordinandi Magistratus, Palatia Principis, punctiones, salinæ, & alia de quibus in secundo libro feud. titul. 56. rubric. quæ sint regal. vbi Affl. & post per lo. Azor. institu. moral. libro vndecimo, capitulo quarto, car. 677. Item veniunt iurisdictiones, cacumina montium, ius legitimandi, molendina, mænia, porta ciuitatis, Valla, fouæ circundantes muros ciuitatis, vel loco murorum deseruientes, Furnum, Hostaria, & alia multa de quibus latè per Affl. loc. cit. & per Boss. in titu. de refer. foli Princ. trad. scrib. in l. Imperium, de iurisdictione omnium iudicium, Abb. in cap. super quibusdam, de verbis signif. vide de molendinis, parte sexta, sub numero 95. & quæ sunt reservata Papæ habentur in capitulo quo ad translationem, vbi gloss. de offic. leg. Iacob. de Sanct. Georg. in sua

sua inuestitu. seu. satis tractat de regal. Sed adverte quia subditi non tenentur praestare operas Dominis, & facere cartegias, & vecturas sine mercede, secundum Boer. decif. 303. Put. de syndic. in vers. excedunt Barones vasallos. Non obstante aliqua consuetudine, secundum Borgn. Caualcan. decisio. 27. numero trigesimotertio, parte prima. Sed de facto aliter seruat, & si vis scire quæ sint seruitia personalia, quæ realia, & quæ mixta debita Dominis in pace, & bello, & qui ab ijs sint excusandi, vel non, vi. quoddam Compendiolum, nuncupatum Caualcata, siue de seruitijs vasallorum. Anton. Borin. Augustae Taurinen. impress. ann. 1595. qui breuiter multa re-collegit, & an reseruata Principi insignum subiectio & superioritatis possint prescribi. trad. Bald. de prescrip. secunda parte, 3. parte, princ. quæstione prima, numero 10. car. mihi 400. vbi tenet partem negatiuam. alleg. Panor. in e. cum nobis, de prescr. & de reseruatis Pontifici loquitur in 2. par. 5. part. princip. quæstione prima, car. mihi 397.

Reuasio reuisionis an detur, & quoties danda sit utilis ac quotidiana inuestigatio.

FRAGMEN. CXXII.

IN sexta parte, sub numero 527. Et quo ad reuisionem reuisionis non concedendam, hoc est regulariter intelligendum non ut indistincte pertransendum, seu quando ageretur de iniustitia à nullitatibus, loci, temporis, & etiam iurisdictionis proueniente, vel quovis modo sententia nulla dici posset; tamen excepta nullitate super meritis substanciali, manifesta oculis corporeis apparente, & quæ nulla tergiuersatione celari, vel defendi potest, & hoc in casu reuisionis concedi posset, per l. primam, & secundam, & ibi gl. & Bartol. ac alij, C. quan. prouoc. non est necel, per Marant. de ordin. iudic. parte sexta, in 3. & ultima parte, numero 117. vbi alleg. Felyn. & Abb. in capitulo primo, de re iudic. Idem quando iudex allegauisset legem, aut statutum, quibus ad ira iudicandum motus fuisse dixerit, & appareat legem vel statutum clare, & sine dubitatione contrarium dicere. Abb. in capitulo sicur (vbi propria sedes) de re iudic. Marant. in dicta sexta parte, vbi supra numero 118. quia dicitur lata ex falsa causa seu erronea notoria, & manifesta, quo casu nunquam transit in rem iudicaram. Cum in leg. prima, §. item cum contra factas, ff. quæ sent. fin. appellat, rescind. poss. facit Borgn. decisio. 27. numero 79. parte secunda, decisio. decima, numero 66. parte tertia, & decisio. 28. numero decimoquarto, ead. parte, Afflict. decisio. 47. sub numero quarto, & quinto, & sententia hæc dicitur lata per mendacium iudicis in meritis & in substantia, quæ nunquam valere potest, per Asin. in sua pract. §. 23. capitulo undecimo, circa fin. vide in parte sexta, numero 208. vers. vltterius. Idem quando ex actis evidenter apparet falsa iniusta, & iniqua, quia dicitur notoriè constare, Alexand. in leg. duo iudices, column. quarta, ff. de re iud. Angel. in leg. si pars

ff. de inoff. testam. in cap. ex insinuat. de appell. lat. Caualcan. decisio. duodecima, numero 16. & 24. parte prima, intellige in meritis. Abb. in capitulo, quæsitum, column. fin. numero septimo, de tempor. ord. facit etiam Afflict. decisio. 28.

Idem quando in meritis lata est contra claras, legitimas, & veras probationes, de quibus non sit dubitandum, dicta leg. secunda, C. quan. prouoc. non est necel. & iudex voluit scienter sequi falsos testes, vel falsum instrumentum, quod impie, & iniquè (valde) dicitur fecisse, vt l. quarta, & per tot. C. si ex fals. cau. Alexand. in leg. si ab hostibus, column. quarta, ff. soluto matrimo, & presumitur corruptus, ideo nunquam talis sententia transire potest in rem iudicatam, l. venales, C. quan. prouoc. non est necess. & per Marant. dicta sexta parte, in ultimo numero 145. & 149.

Præterea si sententia lata est contra illum qui non fuit citatus nec habet interesse in causa, nec aliqua actione tenetur erga actorem, vt quia non sit nominatus vlo modo in instrumento, nec vocatus, iuxta leg. primam, C. quibus res iudic. non noc. & tot. tit. res inter alios act. vbi Tiraquel. & tamen fuit condemnatus pro alio, equidem non poterit unquam talis sententia substitueri. Marant. dicta sexta parte, sub numero 32. carta mihi 267. & per Bar. in lex duabus, quæst. 4. de verborum oblig. Asin. pract. §. 31. limit. 26. vbi in fortioribus terminis loquitur quod sententia contra filium lata, patrem non nocet, non obstante statuto quod pater teneatur pro filio, Nelli à Sanct. Gemin. tract. de Bannit. prima pars secundo tempor. quæstio. 34. Alciat. presumpt. 22. regula tertia. Sed limitat quando statutum diceret, quod pater pro filio condenationem solueret teneatur, dict. §. 31. limit. 31. numero tertio, & ideo sententia lata contra eum qui non habebat quidquam cum actore nullo modo potest subsistere, nec nocere si identitas causa, & personatum non subsit. Caualcan. decisio. 18. numero 127. parte 3.

Hijis enim omnibus supradictis modis sententia peccans in meritis dicitur lata per notorium iuris, & facti errorem expressum. nec unquam exequi potest. Afflict. decisio. 28. sub numero 8. Caualcan. decisio. 10. numero tertio, decisio. 27. numero 49. decisio. 30. numero 42. parte prima, Vant. de nullit. titul. 8. numero primo, car. 67. quia quod nullum est ipso iure nullum producit effectum, meritò reuideti debet toties quoties ita iniquè falsè, & iniuste lata apparebit. agum, eius quod dicitur de errore calculi, qui semper allegari, & calcula reuideti possunt. ut per scrib. in rubric. & leg. prima, C. de error. calculi. vbi Ias. nume. 1. & 2. & 3. idem in l. qui cum numero 3. ff. de re. iud.

Nec obstar quod non deficit remedium nullitatis de qua usque ad 30. annos dici potest, immo quod ijs casibus in perpetuum tet. etat. potest, leg. quæ ab initio de regul. iur. capit. non fit, eod. gloss. in leg. si expressa, vbi Bartol. §. de appell. Marant. de ord. iud. in 6. parte, numero 154. Vant. de nullit. tit. quoties, & intra quod temp. numero primo, & 8. Caualcan. decisio. 28. numero 33. parte prima. Quia melius est occurrere in tempore quam post vulnus ad templa ordinaria configere, ut l. fin. C. in quib. can. in integrum restitu. Anch. contul. 96. sub numero 5. Nam per reuisionem reuisionis delegandam pte-

principiū viro integro, & in Theorica, & practica scientifica multa bona sequuntur. primo prīcep̄s oneri suo satisfacit, dum subditos, saluos, ingolumes, & bona iustitia rectos, tam circa rem quam circa personam inuigilem conseruare, l. cum ratio, §. penult. ff. de bon. damnat. secundo facit actum iustitiae conformem, & afferit iustitiam, & iniquitatem. institut. in procēm. & operatur, ut quisquis ius suum habeat. l. prima, ff. de instit. & iur. & dictum est supra sub nu. . . . Tertio Princeps quicquid perperam factum reperit, solet cassare, & annullare, supra num. 27. & occurrat iniuste oppressis, parcit impensis, & amouet circuitus, sicut licet ad alium propositum considerat Tiraqu. dicto tract. res inter alios act. sub nu. 10.

Non obstat quod ne lites fiant immortales ne ve procedatur in infinitum, prouisum sit quod non liceat tertio prouocare. toto tit. C. ne lic. in vna ead. cau. ter. prouoc. &c. & ad trad. per Vant. dicto tit. quot. & intra quod temp. & c. sub nu. §. vbi allegat Spec. in tit. de appellat. §. quoties, col. p̄imā, reprobantem illam pract. cautelosam Huberti de Bobio, & Ioannis de Deo, per quam etiam post tres sententias conformes poterat de nullitate dici excepido contra aliquam ex sis.

Nā regulariter quod nec Vāt. nec aliquis aliud dicit in casū nostro, quin revisio revisionis apparet de notoria iniquitate, et iniustitia, et peccato manifesto, tā iudicium, quā partis, quæ sententias reportavit, non sit concedenda, immo concurrit ibi sub nu. 8. cum Marant. d. 6. part. sub nu. 144. 145 147. non obstat etiam quod presumitur pro filiis tribus iudicibus, qui tres sententias tulerūt, cap. in præsentia. de renunciat. l. prima, C. de iustisdict. omn. iud. Cherconi. com. op. tom. quarto tit. de iudic. cap. decimo, versicu. tanti, quoniam procedit in dubio quando non constat oculis de iniustitia, iniquitate, vel errore manifesto super meritis. per supradicta, & per Bal. & Sal. in l. prima, C. ne lic. tert. prouoc. et ita Rot. Rom. tenuis se. restatur Alex. consi. 77. nume. 11. vbi pulchre loquitur. vol. 2. facit Ias. in l. fi. nume. 4. C. qui sazida. cog. & de revisione laudi multa congerit. Capg. de statu. cap. 116. nu. 76. cum seq. volum. primo.

Nec est inconueniens quod princeps, qui est supra ius positivum. sed & quod principi. insti tu. de iur. nat. gen. & ciui. & in l. par. nume. 33. 165. & 166. (est quod talis revisio fuisset per il. iud prohibita) in melius prouideat indemnitatē pauperum subditorum manifesta & iniusta oppressorum, melius est ep̄im regi à iusto regē, quam a lege scripta, ut ait Boss. dict. tit. de remed. ex sola clement. indic. sub nu. 45. quia princeps iustus in singulis causis iudicat secundum æquitatem quæ sibi videtur. de qua Bart. in l. prælenti. in princ. C. de ijs qui ad eccles. confug. immo ipsū principem posse facere æquitatem non scriptam. dixi supra maximē in dirimendis litibus secundum bonam iustitiam nume. 130. cum seq. & 215. & Boss. ibi dicit quod Plato formauit Rem publicam absque lege scripta, sed quæ regetur à viris prudentibus.

Qua de re ipse concludo etiam firmiter teneo quod ex causis supradictis attentaque qualitate personarum revisio revisionis de summa æquitate concedenda sit ut etiam tetigi in §. part. sub nu. 60. Nam ut Pap. in form. libel. quo agit. ut

senten. annuletur lata prætex. fals. instru. in glo. 1. ait si fuerit locus falsis testibus instrumentis, & sententijs, & graibus extorsionibus & rapi- nis superiorum nullus profectō de statu suo pore rit esse securus. Quinimmo Mediolani etiam à sententijs illius Excelsi Senatus, qui Regem re- p̄äsentat reuīsio conceditur. licet executio non retardetur, vt in no. constit. titu. de Senator. §. à Decretis. & ratio, quam alias audii, à viro summa extimationis, in contrarium adducta, nempe quod magis expediat sententias (quamvis iniustissimas) exequi, quam revisione in revisionis concedi, ne tonies aures Principis defatigentur, & neve in infinitum procedatur, an inquā hæc ratio præponderet rationibus adductis, & quæ a prudentioribus adduci possent, remitto me ad eos qui erunt melioris, & senioris sententiae, & qui diu versati ab exitu actu probarūt. vide quod dixi. sub nu. 147. versi. Hinc vñnam. Nam quando princeps est consulendus animaduertere con- sutor debet, quæ conueniant principi, & non a- liter. satis est.

Tandem compensatio compensationis non datur, Doct. in l. si constat. de compensat. nota gloss. in cap. cum ijs. §. primo eo. de compensat. Cor. consi. 3. volum. 4. Rot. Genuæ Decis. II. nu mero septimo.

Condemnatus criminaliter est obli- gatus soluere pœnam, fideiussor soluere cogitur; accusator prætendit suam partem pœnae. Iudex delega- tus non vult perdere salaryum iux- ta solitum, & debitor non est sol- uendo omnibus. Quis horum sit præ- ferendus, & qua actione petatur salaryum.

FRAGMEN. CXXIII.

Supra in par. 4. sub nu. 213. & in p. 6. sub nu. 505 & 6. & alibi de salario, & de portione pœnae debita, sive accusatori, aut delatori, sive iudici, sive ordinario, sive delegato, dictum fuit. Nunc pulchra se se offert occasio de qua in Epitome supradicta. Pone ergo quod officialis fuerit condemnatus in pœnam tripli, vel quadruplici, iux. terminos, l. 1. & 2. C. de ijs qui pub. pecu- mut. accep. lib. 10. & quod eius bona non sint suf- ficientia pro soluenda pœna, expensis, & salario iudicis, & quod fideiussor soluerit d. pœnam, & vult regressum habere aduersus bona d. sui prin- cipalis. an sit præferendus.

Evidebatur dicendum quod sic, per tex. l. in l. in fraudē. §. qui pro alio, ff. de iur. fisc. & in tub. & l. 1. C. de pœn. fisc. credit. præferent. facit Pere gr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. nu. 8. & eo magis, quan- do (ultra tacitam hypothecam) quæ competit fi- deliussori, & alijs, tot. titul. ff. & C. qui pot. in pi- gn. & ff. in quib. cau. pign. tacitē contrahā. quam uis fiscus in bonis administratoris, & ipse tacitam habeat hypothecam. l. fi. ff. quisq; ord. cōue. Rip. in leg. priuilegia, numero 30. de priuileg. Ss 2 cred.

cred. tamen fideiussor habet quoque expressam in bonis sui principalis de qua per Ias. in §. item Serviana. Institut. de act. & trad. Marant. de ordin. judic. parte sexta, membro octauo. numero 19. sunt text. gloss. & Doct. in l. obligatione generali. cum alij. ll. sequen. de pign. & hypoth. & ideo fideiussor duplice fungens hypotheca præferendus est. §. sed hodie. Institut. de adopt. l. discretum. C. qui testam. fac. post. & in fideiussore præferendo contra fiscum tenet Hugo. Donell. tract. de pign. & hypoth. titul. qui pot. in pign. capitulo duodecimo, columna tertia, circa fin. & omnes Doctor. in l. §. pignus, eod. tit. cum fideiussor. tractet de damno vitando, & fiscus de lucro captando, eniam quod termini hypothecarum essent inter eos pares, adhuc fideiussor præferendus est, ad hæc vide quæ dixi in parte quarta, sub numero 106. & in hac 6. parte, sub numero 622. versic. de fructibus, & trad. Rip. in leg. priuilegia. numero 46. de priuileg. credit. se-
cus esset si fiscus tractaret de damno vitando, ut infra dicam, gloss. vbi Bartol. Dyn. & alij. l. non
puto. ff. de iur. fisc. Ias. in leg. l. ff. solut. matrimonii
cuius opin. veram & tenendam esse dicit, Negus. de pign. & hypoth. 4. membro 2. parte,
sub num. 118.

Et regulariter fiscus in bonis delinquentis (re-
spectu pœnae) ius non haber, nisi à die cōdemnationis securit. l. ex iudiciorum. ff. de accusat. l. eius
que. §. delatorem, ff. de iur. fisc. l. si qua pœna,
& leg. aliud. §. inter. ff. de uerborum signif. vide
Alexandr. in leg. rescriptum, ff. de pact. vbi in
proposito infert ad plura. dixi in parte sexta, sub
numero 622. de fructibus. Sed fideiussor statim
acquirit ius adire factæ promissionis, & sic à die
celebrati contractus in quo principalis omnia
sua bona obligavit, d. fideiussori de reuando-
eum, & fiscus non contradixit, regula is qui tac-
et, cum plur. concord. de reg. iur. cum fideiussor
prætoria datur in iudicio Notario actorum
stipulante, & si fiscus vult vi tali promissione,
debet vii tam pro se quam contra se. Propterea
quod contractus adiuicem correspondiū cen-
tentur, vt dixi in hac 6. pat. sub num. 499. vers. &
in proposito.

Quod autem fideiussori statim acquisitum sit
ius hypothetica sunt text. in l. res hypothecæ, ff.
de pign. leg. Græcè, §. penul. cum ll. sequenti. eo-
dem titul. Bart. in leg. fideiussor. obligari. de fi-
deiussor. Caualcan. alias alleg. decis. decimaquin-
ta, numero decimotertio, parte quarta. Qui fra-
ter meus obiit die 6. Augusti 1607. Astantes ma-
gis confortando, quam ab eis confortatetur,
Christianæ, Religiosæ, ac honorificè vixit, & ita
ijs qualitatibus obiit. & quamvis vita, qua frui-
muri breuis est, vt præmonui, in princip. huius
sextæ partis. Tamen memoriam sui, quam ma-
xime longam effecit, sicut paulò post eum obiit
Clariss. Domin. Menochius, qui maxima cum
Dom. Borgnino Caualcan. fratre meo, familia-
ritate coniunctus obiit, ambò famam immorta-
lem posteris relinquentes pro inuidis orare pro-
fecti sunt, requiescant in pace. Amen. An in hy-
potheca tantum legali tacita, ius acquiritur à die
solutionis, & traditionis. Rip. de priuileg. credit.
numero decimotertio, vide Negus. in quarto
membro, secunda parte, sub numero 116. vbi
vide.

Modo non obstat quod fiscus habeat quoque
hypothecam expressam vt tetigi, in bonis delin-

quentis, à die commissi delicti, quia ad hunc fidei-
iussor obtinere debet, tum ex iam dictis, tum
quia dicuntur prior tempore, ergo prior in iure,
capitulo qui prior, vbi Dyn. de regul. iur. latè Pe-
tegin. de iur. fisc. libro sexto, titulo sexto, numero
trigesimoquinto, & per tot. illum titul. Nam
hypotheca fideiussoris fuit specificè expresa, sed
illa fiscus est generica, ergo capitulo generi de re-
gul. iur. & qualiter intelligendam sit statutum
dans hypothecam fisco à die commissi delicti,
dixi in hac parte 6. num. 91. & 255. vers. verum,
num. 622. vers. de fructibus.

Sed nihilominus dimittatur fiscum præferen-
dum esse, in actione damni dati, & in fundo fi-
scalis, quia in ijs fiscus agit de damno vitando.
Bald. & Alexand. in dict. leg. rescriptum, ff. de
pact. idem teneo quando principalis prius se su-
aque bona expresse obligasset fisco, deinde fidei-
iussori, quia essemus in termiuis, cap. qui prior,
& non disputatur an hypotheca prior legalis
faciat cessare hypothecam hominis, immo per
prouisionem hominis cessaret prouisio legis, sed
de hac re dixi in hac part. 6. sub nume. 163. 164.
cum sequen.

Nec minus obstat quod bona eorum qui pu-
blicam habent administrationem, sint tacitè
obligata, & hypothecata, l. simile, vbi glo. ad mu-
nicip. Negus. de pign. & hypoth. dict. 4. membr.
secunda part. sub nume. 119, quoniam supra firmatum
est quod expreßum facit cessare tacitū,
de hac re latissimè Negus. in dicto suo tract.
2. membro, §. parte, per tot. In summa fideiussor
qui solvit iudicatum pro teo habet aduersus
eum, & eius bona executionem paratam, vt per
Bart. in leg. fin. in fin. C. de vñt. rei iudic. quem
refert, & comprobat multis iuribus, & authorita-
tibus Mars. in rubr. de fideiuss. num. 363. Sed
de consuetudine fiscus solet incorporate omnia
bona delinquentis, & deinde creditoribus com-
parentibus, & iustificant credita, sunt excorpa-
tationes causa cognita, verum tamen aduentant
iij prætensi creditores, vt concludenter de credi-
to suo probent, & constare faciant, iustificando
rem petitam in corpore, & in substantia, prout
in inventario, docendo de titulo, & de possessio-
ne sua, alioquin putans excorporare, ipse fiscum
in pœnam dupli vel tripli incorporaret iuxta or-
dines: si vero in inventarium fuisset erranter fa-
ctum, non debet nocere veritati. Nam pro in-
strumento in dubio præsumendum est. & dici-
tur clara probatio. Menoch. de præsumpt. libro
primo, quæst. 65. numero 8. & veritatem conti-
nere præsumitur, idem Dom. Menoch. libro 3.
præsumpt. 122. num. 4. & 35. & in paritate fides
instrumenti prævallet inventario nomine fisci
deinde facto tertio non vocato. Bartol. in leg. iu-
tor qui repertorium, ff. de administ. tut. Mascar.
de probat. conclus. 939. numero 9. Francis. decis.
250. & si instrumentum esset deperditum posset
probari per testes. Bartol. in l. sicut. & in l. eman-
cipatione, C. de fide instrum. Cano. in cap. cum
olim, vbi gloss. de priuileg. multos alleg. Ma-
scard. de probat. in verb. amissio. conclus. 87. &
88. & etiam qualibet alia scriptura, vt per eundem
Mascard. loc. supra cit. & dixi in pract. de
test. par. 3. num. 33. & 130. Viuia. commu. opini-
o. fol. 254.

Ideoque fiscus seu procurator fisci non debet
esse tam austerus, quod non possit per testes pro-
bari, non enim iure cautum reperitur quod talis
proba-

probatio non sit admittenda, ergo cur state prohibetur. Damasc. Reg. cano. 1. 12. vbi pro & contra iura allegat, & attenta tali rigoritate fiscus illaqueat animam suam, satis est quod oculos bene aperiat priusquam aperiat os facci, ut aduentu, parte quarta numero 279. vt bonis, & stringatis interrogatorijs testes examinentur, deinde iustitia fiat, & vincat honestum.

Ceterum quo ad iudicem, & fiscum, & fideius forem res videtur satis clara. Primo quoniam si cuti haeres potitur hereditate deducto aere alieno, ita & fiscus, vt communiter receptum esse te statut Crauet. consi. 26. f. nume. 7. Tiraq. tract. le mort. Saisant. 2. par. 15. declarat. num. 16. Vasq. de resol. lib. primo, & §. 3. num. 37. qua de expensae omnes, vt de salario iudicis committentis, & familiae notarii, ac aliorum prius deducendae sunt, siue de bonis confiscatis, siue de bonis communitatis in subsidium. §. ne autem in authen. de iudic. Spec. tit. de salar. §. primo. Nam salarium iudicii debetur, tam de iure diuinio, quam de iure ciuilis, vt optimè declarat Menoch. de arbitr. in nouiss. addit. ad cas. 5. 14. Dignus est enim mercenarius mercede sua. Matth. c. 10. Luc. cap. 10. & Florentia, iam extat ordo, per quem statuit unum auti scutum ultra expensas pro salario singula die. & declaratur soluendum esse a delinquenti, impetrante delegatum quando opus est extra prouinciam ire, & talis obligatio retrotrahitur ad tempus emanatae ordinationis, seu ordinis praedicti, ar. l. potior. & l. qui Balneum, ff. qui pot. in pign. habean, per quæ iura Iacob. Butrig. in l. si quis. C. de rescind. ven. decidit, quod si statuto ciuitatis caueatur quod bona ciuium sint obligata communi pro talleis, & oneribus, & postea aliquis forte pro pecunia mutuata, vel ex alia causa bona sua alteri obligauit, deinde sit imposta talleia in communi, concludit quod commune pro talleia preferendus sit, illi creditori cui in specie fuerunt ante impositionem talleia bona obligata, & rationem assignat: quia quando ex causa praecedenti impletur obligatio debitore inuito, tunc semper supplementum trahitur retro ad tempus contractus, & hanc opin. refert Papien. in form. libell. in actio. hypothec. gloss. sub eadem, colum na quarta versicu. sed circa praemissa.

Secundo deducitur tex. in l. prima. C. si propter public. penita. vend. fue. celebr. vbi Salyc. ait quod venditio solemniter facta per fiscum ob cessationem tributorum, non rescinditur per proximum dominum, nec per eius creditorem, & ratio est quia bona sunt tacite obligata pro collectis, & oneribus publicis, trad. Soc. consi. 242. incip. in praesensi consultatione. versi. videatur quod bona in 2. par. & non est dubium quod appellatio onerum uenient etiam salario officialium, ministeriorum, iudicium, ac delegatorum, siue ordinarium, siue extraordinarium sit salarium, l. prima, & l. in honoribus, §. qui munieris, & l. fina. ff. de munier. & hono. facit Spec. in tit. de assessor. §. salarium, & l. lynica. C. de suffrag.

Tertio facit simile quod de salario, & expensis in causa primipilatus dicitur, quoniam ante omnia deducuntur, & praefertuntur alijs creditorib. utilitas publica. C. de primipil. libro 12. immo multò magis iudicii delegato. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 6. nu. 42.

Quarto facit: nam si pro expurganda prouincia malefactorum, fiscus ob expensas praefertur

anterioribus creditoribus, immo ius retentionis habet, vt tenet Afflict. in 1. feud. tit. quæ sint regal. §. & bona committentium, sub nu. 47. & ipse dixi sub nume. 3. 21. part. quarta, quanto magis habebit iudex, & delegatus ad expurgadum prouinciam malis hominibus laborans pro iustitia, & veritate, auth. multò magis. C. de fact. sanct. eccles. est enim eius officium adeò necessarium, vt sine eo nec fiscus, nec resp. quidquam in suo crat. reponere valeret, ar. l. congruit, ff. de offic. præf. l. 2. C. quan. fin. iudic. se vindic. & multò plus vel saltem aquæ est priuilegiata merces, que datur iudicii sicut quæ Medicis, & infirmitatis expensæ facit Negus de pign. & hyp. 2. membr. §. par. per tot. sed consulto alia omitto. vt tu lector studeas, & cogites.

Nec obligatio omnium bonorum facta per reum fideiussori de eum relevando fideiussorem potest praetudicare Salario delegati ab omni iure debito: quia per priuatum pactum tolli non potest ar. l. nemo potest, de leg. 1. l. iurisgentium, §. si paciscar. ff. de pac. cum simil. Cum salarium ob labores, industriam, ac dignitatem iudicis detur, & tale creditum sit reale, & personale, & ideo praefertus iudex fisco, & fideiussori. scrib. in d. l. privilegia. vbi Rjp. nu. 55. De priu. cred. & nu. 56. tradit quando plures credidores concurrent, & Pap. in for. libell. in act. hypoth. d. glo. sub eadem, col. 4. ver. modo venio ad secundum principale, & Franc. Baldus. eandem recitat distin. in tract. de pign. & hyp. c. 19. tit. qui pot. in pign. ha. Hugo. Donell. eo. tract. c. 13. de iur. credit. melius per Negus. eo. secundo membr. §. par. per tot.

Et scias appellatione expensarum fiendatum iudicii, aut delegato, veniunt etiam medicinae, si acciderit in delegatione infirmari. Bar. in l. si cu dotem. §. siue autem, & l. diuortio. §. si cum im pendia. ff. sol. mat. Spec. d. §. primo, Crauet. consi. 199. sicut etiam debetur merces medico, chirurgo, & illo qui clisterium facit. Rolan. consi. 22. nu. 33. vol. 1. & vide in quarta par. sub num. 321. De equis in eundo, & redeundo non est dubium: quia haec omnia sunt necessaria, & de iure debentur, multò magis quando ordo, uel delegatio praedicta explicat.

Sed aduertendum est quod expensæ debentes se honestæ, & moderatæ, iuxta illud ne quid nimis, vt modestia impendentis, & eius pro quo impenditur nota sit hominibus, vnde moderata durat. Regulariter autem expensa, & salario debetur a parte quæ delegatum petijt, & iustum est quia laboratores debent habere expensas a cō ducente. Bart. in l. quoniam. nume. 8. C. de testa, praesertim quando impletur expensas facere, & salarium solvere, quæ (vt praedixi) debentur ob labores, dignitatem, & probitatem intellectus. Bar. in d. l. l. §. Diuus. num. 5. ff. de Var. & extraor. cogn. Cephal. consi. 70. nu. 7. consil. 71. nu. 2. vol. 1. Surd. consi. 42. nu. 2. vol. 1. idem Decis. 219. nu. 5. & iuxta dignitatem, & merita personæ dantur. Neuiz. in Sylua. nupt. lib. quinto, sub nu. 97. Boer. tract. de auth. magn. consil. ... nume. 31.

Et quamvis, salarium petatur actione ex stipulatu, quando promissum est, l. salarium, Cod. manda, vel officio iudicis si non fuit promissum l. l. §. Ludimagister. ff. de var. & extraor. cogn. tam in iudice de consuetudine non litigat ob salariū immo fatuus eslet litigare. absit, sed durante eius iurisdictione, ipse iubere potest absolutè, ut sibi

ann. cum dimidio, & foemina. 9. ann. cum di-
midio, tunc ambo dicuntur doli capaces. D. Me-
noch. de arbit. iud. cas. 57. car. 101. & in termi-
nis. quo ad contractus & maleficia explicat pul-
chrit̄ Bal. dicta l. non tantum. & Dec. in reg. pu-
pillum. de reg. iur. Duaren. in regu. 250. limita.
3. car. 186. vbi latē. & quamuis artas testium 25.
28 ann. sit legitima in qualibet causa, tamen quan-
do dicitur, memoriam hominum in contariū
non extare, oportet hoc casu, testes esse anno-
rum quadraginta ita Floria, in l. seruitutes col.
29 15. ff. de seruit. Alexander consil. 140. volum.
7. Bero. consil. l. 136. volum. 3. & consil. 152.
cod. vol. vi inf. p. 3. nu. 173. lit. C. & quod testes
concludant dicendo communiter teneri memo-
riam non extare ait Hiero. a Monte tract. de fi-
nib. regun. c. 5. l. nu. 4. & dicam infra. n. 58. & q.
E supradictum est de liberto, idem dicitur de do-
mestico de quo infra nu. 26. 4. par. quia de eo q.
vidit dum adhuc non erat domesticus potest te-
stificari, si est vir probus. Bart. in l. 1. ff. de quest.
Angel. in eius consil. vñico. & de alijs qui condi-
tionem mutarunt, ut de famulo, & huiusmodi
earum rerum quas ante famulatum vidit, vide
Bart. & ibi Add. in d. l. 11. §. seruus, de quest. verū
in hoc considerabitur qualitas causæ & condi-
tio bona persona. Et quia iam visum fuit, quod
illi testes, qui sunt idonei in causa ciuili, nō ad-
mitterentur in causa crim. bonum est, scire inci-
denter, quæ nam sint causæ ciuiles, criminales,
30 & mixtae. Ciuiiles causæ dicuntur, quando agi-
tur ad commodum priuatum, sive procedatur
ex contractu, vel quasi, sive ex delicto. Barto. in
l. 3. de sepulc. vñio. Soc. junior. consil. 99. nu. 26. in
2. vol. Maran. Spec. aur. fol. mihi 21. n. 2. part.
31 4. Criminales causæ dicuntur, quando agitur ad
commodum publicum, sive pena corporalis
imponatur ad publicam vindictam, sive pecu-
niaria, quæ fisco applicetur, latē per Clar. §. fina.
questio. 1. vbi tres recenseret opiniones. & Ma-
32 rant, vbi supra. Sed causa mixta, idest partim ci-
uili, & partim criminalis illa dicitur, vbi ciuilis
ter agitur causa criminis. Aret. c. testimonium
de test. Marant. Spec. aur. vbi supra fol. 21. exem-
plum de damnis datis, de iniuriis verbalibus, &
33 de teste in causa ciuili falsum deponente. Sunt
tamen aliquæ causæ ciuiles tam arduæ, quæ equi-

parantur criminalibus. I. propter item. §. 1. ff. de
excusa. tu. Spec. eod. tit. §. 1. vers. Item excipitur,
quod est fur, & Caualca. Decis. 46. n. 192. & seq.
34 in 1. par. priuæ par, qui dicit in ijs grauissimis
causis, vbi testi insit aliquis defecitus, duo sal-
tem loco vnius requiruntur. Nat. consil. 166. nu.
11. & dicam infra nu. 196. in proxima secunda
par. Nunc ad propositum masculus maior 20.
an. in causa criminali regulariter admittitur, 4.
q. 3. in testimonium & l. inuiti. la secunda. ff. eo.
& est de iure & ita communiter tenent Doc. se-
cū de consuetudine, ut dixi n. 20. Ratio autem
differentia ea potissimum consideratur, quia
nendum tractatur de rebus, verum ut plurimum
de personis, & de vita hominum, & postquam
iudex vel scienter, vel ignorantiter aliquam
pœnam iniustè induxerit in reum, casus
non erit amplius reparabilis, nam facta pro
35 infectis minimè haberi possunt, I. nō dubium
C. de leg. & l. quod si minor. §. restitutio, de mi-
no, cum vulg. & licet iudex teneretur in sindica-
tu luere pœnas, si minorem admitteret in testē
ob quem condemnaret reus, per Bal. & Do-
ctor. in l. mancipia. C. de ser. fug. & in proposi-
Curt. senio. eod. tract. conclus. 20. nu. 43. Amad.
36 in suo tract. sind. n. 155. & ratio est, quia artas ex
aspetto cognoscitur, ut infra, nihilominus per
dolorem, & pœnam iudicis, non mitigatur dol-
lor dampnum passi, Mars. in eius præc. §. occur-
runt, sub num. 2. licet vulgare sit dictum, solita-
rium est miseris socios habere pœnatum, caue
ergo in causa criminali agendum est, quia in ea
versatur maius periculum. l. 1. prima §. si quis.
ff. de Carb. edic. cum simili. Quæ supradicta re
37 gula fallit primo, si statutum dicat, quod minor
18. ann. ipso iure dicatur maior, l. minime, de leg.
2. fallit in cri. l. a. maiest. l. de minore. §. primo
de questio. pet. Ancha. consil. 240. ex p̄dicta fa-
F eti narratione. Quod crim. l. a. Maiestatis
probatur nedium per minores, sed etiam per ma-
iores, non idoneos, & inhabiles & virtusque se-
xus, ac etiam per illos qui regulatiter non pos-
sunt compelli. Item per infames criminatos. &
per testes singulares, Item per complices, & so-
cios criminis, non autem per inimicos. latē Ma-
scat. de probat. conclus. 462. Sic in crimin. Her-
esis, & Simonia. idem Mascat. conclus. 464. cū
ibi per eum adduct. vol. 1. & in crimin. l. a. ma-
iest. incipi potest a questionibus quando indi-
cta haheri non possunt, Affl. & de feud. vers. que
sint regalia num. 26. Dum modo conscientia sit
informata. ut latē dicam. in sequenti tracta. De
40 Brachio Regio. Et dicitur crim. l. a. Maiestatis
quandg aliquid committitur contra rem publi-
cam Roma, vel aduersus eius securitatem, ut in
l. prima, ip. prīnc. ff. ad leg. Iul. maiest. & sic quā-
do contra Sum. Pontif. Imperatorem, Regem,
& Principem, qui non recognoscunt superiorē
aliquid molitus, sive contra personam, sive con-
tra pacificum statutum Reipub. christiana. Mar-
laud. in tract. Crim. Maiesta. perto. Bart. in ex-
trauagan. ad reprim. vital. eo. tract. l. a. Maiest.
& Boll. in sua tract. cri. eo. tit. de crim. l. a. Mai-
esta. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. l. a. Maiest. caue
ego contemptores mundi, ne vos superbia sedu-
cat, Nam huic criminis pena capit, est
de minoribus quæ debentur rebellibus. de
quisbus in l. quisquis C. Ad legem Iulia. Ma-
iestata. ¶ Et nota quod ille qui non est subdi-
tus crim. l. a. Maiestatis committere non dici-
tur, quamvis sit concius criminis, & subditorū
rebel.

rebellium. cler. pastoralis. de re iudi. Idecirco Robertus Rex Sicilie nō fuit de eo criminē condemnatus contra Henricum Imperatorem, ut supra dicti Doct. dicunt. Etsi subditus exercendo officium Iudicis in aliena iurisdictione sub non suo Domino, aliquid promovere eius officij contra naturalem Dominum sententiauerit, non dicitur incursum in cri. lēs. maiestatis, arg. l. grachus, ff. de Adult. & ideo cautela est vt doctores subditi petant licentia gerendi officia in aliena iurisdictione, a suo Domino naturali. Secus si aliud officium præter officium Iudicis gerant, puta seruiendo in bello contra Dominum. per supradicta. Tertio fallit in dignitate constituto, Nam dignitas nexa officio facit recedere a regulis juris. co.c. de mulcta. de p̄eben. & dign. l. sed & reprobati ff. de excu. tuto. Bar. in l. sicut proponis. §. se quitur. C. de Dignita. lib. 12. Vnde clerici, li-
 43 cet minores annorum 20. ratione tamen annexa dignitatis erunt testes idonei, vt infatius dicetur. Nā clericatus est dignitas, & Cle-
 44 rici in causa sua Ecclesiæ admittuntur in testi- monium. sicut ille qui est de vniuersitate in causa sua vniuersitatis, vt infra n. 115. part. 4. & vi. Alber. de Malet. eo. tra&t. de test. c. 4. nu. 701. p. 1. & tex. infra c. quia nonnulli vbi gl. de
 45 Cler. non resid. Quarto fallit in minore 20. annorum Decurione. per. l. quoties. C. vbi Se-
 46 nato. vel claris. Hinc est quod tales filii mino- res effecti decurione s non sunt sub patria po- testate, et excusantur ab oneribus particulariū facit tex. in §. Ius autem institut. de patr. pot.
G Qui Decuriones in aliquibus paribus hodie vocantur Priores, vt in Patria Fiuizani vnde originem habui. Qui Priores Decurionibus equiparantur. Bar. in rub. ff. & C. de Decurio. quia Priores Fiuizani iurisdictionem habent, & cognitionem secundarum causarum, & cum consilio sapientis, qui sit de Doctribus Fiuizani decidunt proferentes sententias in causa appellationis, ex quatum cognitione di- cuntur in civilibus iurisdictionem habere c. si duobus. §. deniq; de Appella. Alba. Cat. consi. 62. nu. 8. & consi. 64. & muneribus & honori- bus presunt. Sic igitur priores nostri temporis, quamvis minores sint. 20. annoru testes sunt
 47 idonei. in Auth. testes vbi Bar. C. de test. Par- H ter & Doctores minore s. 20. annorum sunt testes idonei, nam Doctoratus est dignitas, & Docto regia persona dicitur. D. Menoc. de Harb. Iud. casu. 68. & casu. 70. Multo magis si sit excellens quia ob eius excellentiam facit rece- dere etiam a statuto, vt dicit Lud. Ro. in l. cū quid. si cer. peta. Quid licet statu Bononiae minor 25. annorum non possit habere lecturā ordinariam, tamen semel fuit ab illo statuto recessum propter excellentiam in cuiusdam iuuen- nis, quem sequitur Ias. in d. l. cum quid. col. 4. si cer. peta, vbi nu. 12. ait excellentiam probari debere. xv. testibus. per tex. l. vnicuique. C. de Prox. sacr. seri. lib. 12. Farinac. de test. q. 65. n. 114. quem vidisse Romæ mihi summopere placuit. & Viui. Decis. 366. nu. 6. lib. 2. & excel- lentes illi sunt, qui alios vel doctrina excedunt, vel saltem non sunt inferiores alijs Doctribus valde peritis, vel excedunt suo scire etatem quam habent, & appellantur præstantiores. Cicer. de offic. lib. 1. Sic ratione excellentia minor potest esse Atbiter. spe. de arbit. §. 2. in I princ. & ratione excellentia Doctor in Ma-

gistratib. præfertur, licet sit Iunior. Boer. post K Decis. suas, in suo tract. de Autho. Mag. Con- silij. n. 91. Et maior excellētia dicitur esse in Do- cto nato ex alio Doctore, quam in Doctore nato non de Doctore, & ideo præfertur. Doc. in l. Gallus. §. Quidam recte. ff. delib. & posl. D. Decia. pulchrit in cons. 21. n. 40. vol. 1. Sed si Doctor esset ignarus, præferendus esset ex- cellentior præcipue in congregacione quando disputation. Boer. d. trac. de auth. Mag. cons. nu. 90. cum plur. seq. & ibi Add. & Alex. late in l. centurio. ff. de vul. & pu. fecus vbi tractaretur de alio quam de scientia, quia attendit nobilitas sanguinis. Laud. in d. suo tract. de Digni- ta. q. 17. & alibi per to. Hinc est quod domi- nus Carolus Caualecanus Fiuizanensis Pater ve- titatis valde gloriabatur, quod cum ipse esset Doctor, quatuor vtiq; filios eiusdem profes- sionis haberet Doctores, cui tantum debeo vt filius Patri, & in dicta Patria plutes sunt Doctores quam Artifices, respectiue, Nam meo tempore vidi ultra prænominatos. in Domo Stradellarum sobrinorum meorum quatuor fratres Doctores, quorum vnu erat d. Ale- xiūs ille Stradella concionator magnus, qui fuit Episcopus Neppi, & Sutri, & obiit in Patria itinerando dum a summo Pôtifice mit- tetur Nuntius ad Serenissimum Arciducem Carolum Austriacū, & in domo Bonia quatuor sunt fratres, tres Iurisconsulti & vnu Me- dicus, quorum Mater vere erat de nobili fami- lia Grillorum Iauæ cuius filia mea sororia erat. In Domo Codepotium Pater erat Me- dicus cum tribus filiis Doctribus. & in domo Talentiorum sunt tres fratres, quorum vnu est ille d. Ioannes de quo in 2. par. n. 189. & in pluribus alijs domibus duos esse ibidem Doctores constat, equis enim Trojanus non tot homines armatos ferre eduxit, quot Fiuiza num Doctores, sed pauci sunt quos Jupiter amavit. Qui autem dicitur doctor excellens ponit. Ias. in l. stipulationum quædam sub. nu. 5. de ver. ob. Nunc redeundo ex causa excel- lentiæ & dignitatis solent testes etiam exami- nari in eorum domibus, nec tenentur ire in Prætorium. per tex. in l. ad egregias. ff. de iure iuran, & dicam infra 4. par. immo propter ex- cellentiam ciuitati & Reip. vtilem, quis non debet condemnari saitem pena ordinaria. M. tex. infra. l. ad Bestias. vbi Doct. ff. de pen. In- fertur etiam ad statutum, seu ad ordines Ve- nerandi Collegij Dominorum Iurisconsul- torum Iauæ, quod re vera fulget radijs Il- lustrisimorum Doctorum, quorum plures, & Cardinales, Episcopi, & Archiepiscopi sunt, & Prelati in maxima dignitate consti- tuti, alij fuere Duces, quorum adhuc viuit Il- lustrisimus D A V I D. V A C C A , lux Se- renissimorum Collegiorum Reipublicæ Ia- nuensis. Ceteri Aduocati, nedum doctrina, verum & moribus & sanguine clarissimi, Pa- tres veritatis, & valde excelsi, qui & si subtili- ter cuncta riant, tamen punctum deciden- dum (sine multiloquio) attingunt, & in aduo- cando coram Magistratibus, alter ab altero summopere honorificatur, nec vnuquam indi- gnantur adiuvicem, & ideo ira non impedit animum ne possint Iudices cernere verum. Quibus omnibus me magnopere debere fateor. Infertur (inquam) ad ordines præfati collegij in quo filius Patris Mecanicę artis nō

potesit admitti in collegio. Nam posset esse in isto filio tanta excellentia & præstantia motu & doctrinæ, vt ex causa licetum esset, immo debitum, eum in collegium recipere vi. Cephal. in conf. 611. vol. 4. vbi de filio Chirurgi loquitur ad statutum ciuitatis Placeti & ibidē declarat quenā sint Artes mechanicæ. Nam apud Romanos multos ex humilibus Parenibus natos recenseret Val. Max. in lib. 3. propter eorum excellentiam & virtutem, nedū Senatorias sedes habuisse, verum & Imperatores extitisse, vt de Cicerone. Tullio, Marco Varrone, ac de alijs legi potest. & virtutis studiosi pro nobilibus habentur. Tiraq. de nobilit. cap. 4. nu. 15. vbi virtutem nobilitati anteponit, immo nobilitas sine virtute nulla. ibid. Sed ut propius accedamus, Papiæ & Mediolani Cathedræ Senatoriæ hodie testantur. cum maiori quidem laude eorum qui talem dignitatem eximiam ob eoram virtutem adepti sunt, & quidem absolum esset hos nō admittere, tum quia excellētia virtutum hoc

N requirit ut supra, tum etiam quia expedit Republicæ viros habere excelsos, & doctos, & animum subditorum alicere, & augere, vt vite tuosi sunt, etiam sub spe tantæ remuneratio- nis, nec domus, nec Resp. stare potest, si in ea reētē factis præmia non extent, vt ait Cicero. inter. De Natura Deorum, & nonnulla ad- ducit D. Menoc. de præsumpt. lib. 6. præsum- ptio. 100. alioquin esset præcludere viam vir- tuti; & Ciuium, ac aliorum animos virtuosos subuertere ad vitia, facit Decia. cons. 25. nu. 53. lib. 1. Nam inducta ad bonum & ho- noratum finem non debent cōtrarium effe- ctum operari. l. legata inutiliter. delegat. 1.

O car. in clem. 1. §. 1. de preben. Etsi Iurisperiti utramque minime habere possint qualitatē, nempe quod sint nobiles, & simili docti & periti, tamē in dubio expedit magis Collegio habere doctores excellentes virtute, quam no- biles sanguine sed ignaros. quia sic subiecta materia postulat. ar. l. si uno anno ff. loca. & facit Ludo. Ro. in eius repet. l. si vero. §. de vi-

P ro. ff. solu. mat. Et si refert non habere patrem nobilem, non tamen debet officere Patrem habere Tabellionem aut Notarium, quini- mo eorum professio est adeo annexa & pro- portionabilis iuri prudentiæ, vt una sine alia vix stare possit, & una alteram coadiuat au-

Q xilio cooperatio. Et ideo debent admitti No- tariorum filij in collegium, tanquam haben- tes symbolum quibus facilior debet esse trans- sus. Petr. Vrzol. de Art. Notar. circ. princ. & præcipue eorum Notariorum, quiclibet nō habent Doctoris insignia, tamen iura & Do-ctorum autoritates coram Magistris, adeo prudenter explanare sciunt, ac eotū In- strumenta tam cautē & iuridicē stipulantur, vt nedum Doctores videantur, quin immo Doctorum Patres appellari possunt, sic factū est, vt iam nonnulli admitti fuere in Colle- gio (licet Notariorum filij essent) vt notoriū est. Nec est dicendum Patres tam amplissi- mos eo tempore minime hanc qualitatem cō- siderasse, cum turpē sit Doctori dicere non pu-

R taram. Nec adducendae sunt in consequentiā nouę leges nouum modum terminantes, qui- bus ars Notariorum mechanica declaratur anno. 1576. Quoniam & si Serenissima La- nuensium Relp. per optimates regitur, incon-

ueniens nequaquam fuit solani nobilitatem in collegiū eligere optimatum, tanquam ab incunabulis motibus nobiliū assueti nō igno- rent christianam politicam Resp. gubernā- da sermones quidē priuatim & publicè quos S nobiles habere solent, quadam naturali virtu- te insciti, vt de agibilibus mundi & de mori- bus regēdarum Provinciarum & Rerum pu- blicarum edocti ex habitu fiant, reguntq; in naturali ratione, & in virga. sed tex. glos. & iu- ra ciuilia Canonica non allegant in scriptis. Notarij vero calamo, & instrumentis conti- nuē incubunt, quod est diversum valde a cura Nobilium, per text. in l. vniuersos. vbi luc. de pen. C. de Decutio. lib. x. Verum quic- quid fit quo ad gubernandam Remp. tamen quo ad ingressum Collegij nihil habet com- mune, & sic militat diversa ratio per supradic- ta. arg. l. nō distinguemus. ff. de recept. arbi.

T l. prospexit. ff. qui & a quib. Nam Doctorum est viam iuris ciuilis aut Canonici docere & allegare, Gubernantium vero regere & iube- re. qua de re non est inconveniens quod vna, & eadem persona diversis respectibus diuer- so iure censeatur. vt per D. Menoc. cons. 52. nu. 99. cum seq. vol. 1. & Tiraq. de nobilita. c. 18. nu. 12. & 14. in congregatione enim Do-ctorum Doctor militi prefertur. & in congre- gatione militum, miles prefertur Doctori. ra- tione subiecta materia. Boer. in tract. de au- tho. mag. cons. nu. 95. per tex. in l. ciuibus. C. de offic. vicar. Sed dato quod Ars Notario- rum indistincte mechanica dicere tur, si no- uę leges sunt attendenda, vtiq; attendi debet quo ad Collegium in totum, & non in parte tantum, & nedum in odiosis, sed etiam in fauorabilibus ar. §. filius familias cum gl. in- situ. qui. mo. ius. pat. pot. fol. primo enim in nouis legibus præsupponitur vel potius di- citur quod ars Notariorum sit Mecanica, de- inde per eandem legem declaratur quod hoc non officiat liberis illorum qui nati sunt tem- pore quo eorum Pater in p̄tēritū inter nobi- les erat et sic ratio ista saltem quo ad filios No- tariorum tunc temporis contraria funditus tolliū & quod dicta declaratio officere pos- sit, vel non, possessioni iam adeptę plutiū si- liorum Notarioū in dicto collegio iam ad- missorum. nō est præsentis speculationis hoc mare magnum ingredi, sed in omnibus me- submittit benignę correctioni tantorum Pa- trum qui non ignorant quod Doctores de collegio noua statuta condere, aut nouam in- terpretationem dare non possunt sub quouis prætextu, per quæ grauentur nouiter Docto- randi. Bal. in auth. habita. 4. q. col. 11. vers. sed quid in collegio. C. ne fil. pro. patt. & Rebus- patricius. Iauensi. in l. hac lege. & ibi adden- tes. de aqueduct. & an statuta trahātur ad p̄- terita, vel ad casus pendentes in hoc puncto Borg. frater meus tenuit q̄ non. Decis. 41. n. 51. cum seq. p. 1. & an de iure exercitium vile Patris noceat Filio qui vult ingredi collegiū. discutit Tiraq. De Nobilit. c. 75. nu. 1. cū seq. Nam si filius est natus antequam talis inha- bilitas in persona Patris oriuntur. non nocet. l. mo. §. fi. ff. de pe. no. Bal. in l. 2. col. vlt. n. 5. vir. & hæc ff. de liber. & post. multa in propo- sitio. congerit Carpa. super statu. Mediol. cap. 415. nu. 1. 2. 3. & seq. & dicam. in 6. par. sat est memorare, q̄ Notariorum filij, alij Senatores,

alij Duce Serenissimæ Ianuensis Reip. extirunt quorum plures adhuc viuunt, quanto magis in collegium Doctorum cooptandi sunt: ar. auth. multo magis. C. de fact. sanct. eccl. Tamen concludo per nouas leges minime apparere quod filii eorum qui artes mechanicas exercere dicuntur exclusi censeantur quominus si vitam nobilem duxerint scribi non possint & ipsi in numero aliorum nobilium rem p. gubernantiū, ergo & in collegio Doctorum admittendi veniunt de iure, nec opus est vltiori allegatione. Nam civilis & naturalis ratio hoc dictat, ideo permittitur. l. cum ratio. de bo. damna. Mars. pract. cri. §. se quitur, cit. princ,

Y Præterea quando res dubia redditur semper interpretandum est ad fauorem petentis. l. semper in ambiguis. de reg. iur. & D. Menoc. cōs. 227. n. 1. vol. 3. Mazol. cons. 74. nu. 11. Io. Bot. cons. 18. nu. 17. cum seq. & eo magis quando concessio nullum preiudicium afferit reipubli ca vel bono publico, arg. l. si quis. ff. de relig. & sumpt. su. & lat. debet fieri interpretatio, sicut anno. 1588. in confirmatione statutorum facta fuit in simili casu, vbi ex mente rappresentantium supremum Reipubli. principatum augusta illa potestas aduocandi solis Doctoribus Collegij olim restrita, non fuit confirmata immo sublata illa dictio soli, tel saltē suspensa est, dispositio antiqua, ita ut omnes Doctores aduocare possunt, quamvis non sint in numero Dominorum Doctorum de Collegio. & ex hoc argumento fortificatur iusta prætensio filiorum Notariorum, & re vera si novi legislatores de hac re interrogati fuissent, verisimile est ipsos respondisse, nempe declarationem illam artis mechanicae extendendam non esse ad præiudicium filiorum Notariorum ingredi volētum in almo Collegio Dominorum Doct. per l. Lucius. §. Titius, ff. de lib. & posthum. & ad illum seu illos spectat interpretari legem, à quibus lex condita fuit. Bart. & Doct. in l. fin. C. de leg. & non ad alios, & donec declaratum non sit, standum est possessioni, l. 1. & per tot. ff. vii possid. cum liquidum per illiquidum minimè retardari debet. Bart. in l. auferitur. §. qui compensationem, ff. de iur. fisc. & legum correctione sit semper evitanda, l. p̄cibus, in fin. de appellat. cum simil.

A Infertur pariter ad aliud statutum, quo cauetur neminem ciuem esse posse de Collegio Doctorum, nisi sit doctoratus in Civitate Collegij, quia ex causa excellentiae licet recedere à dicto statuto. Vnde si quis iamdiu moram traxerit extra dictam Civitatem, forte in partibus Hispaniarum, Galliarum, Flandriæ, aut Germaniarum Regni Neapolis, aut aliarum Regionum, ut moris est in industriosorum virorum D. Ianuensium, & si in partibus illis externis nobilis Ianuensis filios suscepit legitimos, qui pro minori dispendio operam studijs derint, & ibidem Doctoratus insignia receperint, non data opera contraveniendi statuto originis Parentum, demum post sex, aut x. annos sui Doctoratus, reuertatur Pater cum filiis Doctoribus in Patriam excellentissimis visu, verbo, & opere, nonne deberent admitti in collegium ratione eximia virtutis, & excellentiae? certè sic per supradicta, & adverte quia si post duos vel tres annos sui Doctor-

ratus quis in patriam rediret, non præsumitur excellens, ars enim longa, & vita breuis est, vt experientia docet, iux. cap. quam sit de elect. in 6. Et valet arg. ab experientia. Bald. in l. non ignorat, colum. 5. C. qui accus. non poss. & propter excellentiam non deberet item examinari pulchre Innoc. in c. cum in cunctis. de elect. vbi in fortioribus terminis, sed viuæ vocis oraculo deberet in collegium recipi, servatis in reliquis ordinibus collegij, & iurata eorum obseruantia; & procul dubio admittendus esset si aliquid opus non indignum edidisset, ex factis enim egregijs excellentia ostenditur, & præmium consequitur. argu. l. ad Bestias, ff. de pen. & in l. ad egregias, ff. de iur. iuran. facit Bart. in l. Hoc articulo C num. 8. ff. de hæred. instit. Hinc est quod equum Sancti Stefani aliqui sunt nobiles, & isti appellantur equites milites ferentes Crucem rubream in latere sinistro, ad differentiam eorum qui non sunt nobiles qui appellantur seruientes, & isti ferunt Crucem rubream a latere dextero, verum si aliquid factum egregium fecerint, vt puta qui primus præalijs viriliter iniamicam nauem vel territem ascenderit, & ob id capta fuerit, in præmium huius egregij facti & virtutis sua, de equite seruente, fit eques miles, & deinceps crucem more nobilium gestat in latere sinistro, prout cauetur in capitulis nobilissimæ atq; antiquissimæ illius Sancti Stefani religionis cuius Magnus Magister est Serenissimus Magnus Dux A Eturia, Dominus meus naturalis, & valet argumentum de milite ad Doctorem rex. in l. aduocati. vbi DD. C. de Aduoc. diuerso, iud. no. gl. in l. miles. & ibi Bart. & Angel. de re. iudic. qua de re Doctor edendo typis opus nouum notoriam reddit eius excellentiam, & non eget nouo examine ut in collegium recipiatur Fely. in l. ea quidem. C. de accusat. faciat. l. si duob. §. 1. ff. quemad. testa. apper. Idem si Doctor in publicis Gimnasijs per multos annos legerit, q̄ efficiuntur Illustres. Alciat. de nobilitate Bart. in procem. ff. & las. in l. quecumque ff. de offi. eius & aequiparatur Duci, & Comiti. Card. Zab. in clem. 2. de mag. q. 4. idem quando diu versatus est in officijs egregijs, vt in Auditoribus Rotar. Prætoriis Ciuitatum Metropolitarum, & in capitanis Iustitiæ Mediolani, Mantua & Senarum, in quibus cum laude se probum & doctum præbuerit & virum excelsum, sed quinam erit iste & laudabilis eum. Respondeo cum spec. in tit. de Aduocat. §. hic dicendum ver. commendet vbiait Doctor Iudex de recta fide, de singulari industria, de morib. & summa probitate, de honestate & castitate, de timore Dei & reverentia (sed hoc primum est fundamentum) de mansuetudine, benignitate, & misericordia, de patientia, de humilitate, de prudencia, & sapientia, de diligentia, de iustitia, & tandem de aequitate, de ijs omnibus laude dignus erit. Nam fructuose reiterandus esset Doctoratus. ar. l. qui bis idem ff. de stipular.

E Infertur postremo ad aliud statutum (si forte vigeret) quo cauetur quod ille qui non est de collegio aduocare minime possit, & sic excludere videtur omnes alios Doctores; quo causa videtur sapere naturam monopolij quod est prohibitum Bos. tit. de vni. & colligat. nu. 7. vi. Innoc. in c. significasti. de appell. & in c. om-

nes & in l. cum accessissent de Appel. vi. supra lit. V. vers. sed in omnibus in propos. Decia. de relec. lib. 7. tit. De Monopol. c. 21. nu. 25. vbi Alleg. filij in e. Rodulphi col. 9. de resc. & Bal. cons. 183. in secundo nu. 1. Nam ratione excellētia est recedēdūm a tali dispositione per supradicta & cum maiori ratione, quia in p̄cedenti casu multa possunt considerari quā faciunt statutum esse rationabile. Nam iuris est illum Doctorari eoram illis Doctorib. a quibus in collegium est recipiendus, & decet Ciuem Doctorari in sua ciuitate, vbi ius est Doctorandi, & ibidem patriam & collegium simul venetari & honorari l. r. de ventr. inspic. & solita honoraria, & iuramentum præstare, ac alia ad commōdūm dicti Collegij facere, pro ut capitula disponunt. Sed quod etiam alij qui non sunt de collegio non possint aduocare, hoc pacē tantorum virorum nō est iuri nequerationi consonum, & non militat eadem ratio in isto casu quā militat in precedentī, ideo vbi est diversa ratio ibi diversum ius. l. il. Iud. ff. ad leg. Aquil. profecto contrariatur iuri naturali, nā domini Doctores Ianue sibi ipsi testimonium prohibent, quā honorifice, Mediolani, Neapoli, Romæ, Venetijs, ac in alijs partibus Mundi recepti, & libenter audit patrocinium & aduocationem præstantes nemine discrepante fuerint, vnde facit illud par pati referto. & quod tibi nō vis alteri ne feceris.

Si iuris præcepta. de institu. de iust. & iur. 2. est etiam contra publicam vtilitatem, quia im pedire potest patrocinium, pauperibus, viduis, orfanis, pupillis, pījs locis, & communitatibus, cum multoties, plus confiditur de uno Doctore quam dealio, & multi gratis patrocinium recipiunt ab uno, & non ab alio, vel saltem minus impendunt ratione affectionis vel affinitatis, nam aduocare est actus indifferens qui omnibus competit. l. 1. §. Aduocatos. ff. de var. & extra. cog. & data est potestas tam iure Pontificio quam Imperiali, vt in Priuilegijs Doctorum constat & impediret pariter libertatē Ecclesiasticam tam actiue quam passiue, quod est peccatum, vt sum. Gaet. Car. de Imm. Eccl. & in Bul. in Cœ. Domini. Item est contrabonos mores. c. erit lex. 4. distinc. Nam quid prodescent tot expensæ, tot vigiliæ, tot labores, si aduocandi facultas adimeretur? quid

Falerent priuilegia, quomodo seruarentur concessa a Summo Pontifice & ab Imperatore certe de vento seruirent quod esse non debet. Et ex hoc sub inseritur quod nec etiam Doctoribus forensibus esset auferenda facultas aduocandi, præsertim si aliquis inueniretur forensis sanguine patris & matris verē nobilis, qui a pubertate domicilium, & habitationem, per annos ferē 30. in Ciuitate Ianuae contraxerit, ibidemq; Vxorem antiqui Ciuis filiam duxerit, & cum ea iam sunt anni 25. quod induvidam vitam ducit, possidendo bona stabilia propria in d. ciuitate, & iste forensis esset Doctor annorum ultra 16. Qui officia egregia fecerit, & etiam aliquod opus non indignum in lucem ediderit, certe ijs omnibus qualitarib. simul iūctis, pergula non prosunt multa iuncta simul iuuant, c. causam de proba. l. 2. ff. de excusa, tuto, cum si. & ratione adiuncti conce deretur. l. imperat. la. 2. ff. de sta. homi. Et harā qualitatum multitudine merita augentur. De cia. cons. 21. n. 46. vol. 1. & vbi maiora meti-

ta ibi maiora priuilegia deberi ait Decia. in cō fil. 19. nu. 188. vol. 3. & ob metita receditur a rigore. l. Benius. ff. de leg. l. in omnibus quidē. vbi Dec. de reg. iur. & multitudō meritorum Hdispenſationem & gratiam inducit. 50. distin. c. vt constitueretur & c. sanè. extra de tempo, omnium. Et in qualibet dispositione, etiam si tictissima absurdum & iniqūitas est evitanda. l. Nam & absurdum. cum leg. seq. ff. de Bo. liberto. latē Euerat. in eius Cent. loc. 8. ab Absurdo. & eo magis quando in viris christianis argueretur inhumanitas quā aliena fuit a Cicero viro gentili. & irrationalis causa diciatur illa quā inhumaniter dictat. Cle. 2. & ibi gloss. & Card. de relig. Domi. Nam Doctor licet forensis, tamen si est sanguine nobilis, virtute præditus, xoratus in vrbe, ciuitatem ferē per 30. annos adeptus bona stabilia ibidem possidēs, & caros affines, & notos habeat, cur qua ratione aduocare non poterit in ciuitate Ianuae? alioquin, esset vtroq; modo sibi damnosum esse Doctorem, Nam nec tanquam forensis posset officia Iudicaturæ in Dominio Ianuensi exercere, quia habet affines secundum ordines anni 1576. Nec tanquam ciuiis posset patrocinari, cum non sit doctoratus in dicta ciuitate, nec de collegio dominorum Doctorum. Quo casu ei necessarium foret recedere, & sarcinulas componere, & per consequens nobilitas, affinitas, ciuitatis acquisita virtus, & priuilegiū doctoratus, omnia essent sibi damnosa, quod esse non debet contra tex. l. legata inutiliter de leg. 1. & contra reg. de qua supra. in l. 2. de excusat. & contra rationem. l. Imperator. la. 2. ff. de sta. Ho. & contra op. Doct. Decia. d. consi. 21. nu. 46. vol. 1. & cons. 19. nu. 188. vol. 3. Nec est verēdūm quod hæc concessio gratioſa transeat in exemplum, cum forte amplius in futurum similis casus hominis has qualitates habentis non eveniet, sic singularitas ista operatur a regulis & a statutis. per d. l. ad Bestias. de pen. & ob singularem excellentiam Doctores merentur dispensationem Canonum legum, & statutorum Bal. in l. sed & tprobari §. amplius, ff. de excusa. vt ibi valde disciplinatos homines, & hæc facere possunt pro limitatione, eius quod dicit Ias. in l. legatum nu. 16. & 19. de leg. 1. in materia similiūm statutorum. sic benignitas cum humanitate amplexa iustitia & pax deosculabuntur. & tandem nota, quod doctoratus potest probari per testes. Bal. in i. solemnitatibus C. de si. Instru. quod verum in illo qui fuit publicè, vt moris est doctoratus secus in illo qui ex priuilegio Imperatoris fit Doctor. Mascar. de prob. conclu. 528. nu. 18. Nec adeo est seruanda opinio aliquorum Doctorum, quā pertinax appetit in conspectu aliorum, ne arguantur tanquā viti duræ ceruicis, nec statuta sunt iuxta corticem seruanda quando sequeretur absurdum & inconveniens. doct. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. alioquin si statuta a rationabili causa interpretationem minime reperirent, dicserentur Iudaica secundum glo. in l. Damni. §. si is. ff. de dāno. infect. quinimmo appellarentur statuta magis Aethiopum, & paganorum, quam christianorum l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusa. tutorum. Nec valet di cere sic volo, sic iubeo sit pro ratione voluntas. vt no. gl. in §. furtive institu. de vſuca. quia hoc procedit in principe ex plenitudine potestatis

statim absolutæ, quæ si non regulatur ratione dicitur Tyrannica voluntas. Bart. in suo tract. de Tyrannia. per tot. dicam in si. vbi de Brachio regio tractabo, sed in Iurisconsultis quorum proprium est interpretandi iura (vt inquit Impera. in pro. C. ti. de nouo. C. confir.) est nedum absurdum, & inconveniens stare simplici statutorum cortici quando ratio aliud suadet, sed in humana manu & ferinum est quia quelibet dispositio quamvis limitata extenditur secundum limites adiectæ rationis. l. nomen. §. si. de leg. 3. l. regula. §. si. de iur. & fac. igno. & cum ratio sit anima legis. l. cum ratio. de bo. damna. sine igitur ratione non est lex. c. consuetudo. distinct. p. ma nec sola voluntas sufficit pro ratione, quando est in humana doct. in d. glo. furtiuarum. §. furtiuarum institu. de vsu cap. voluntas humana debet regulari vel a iure naturali gentium, vel a iure ciuili, aut a iure Diuino. tot. tit. Institu. de iur. natu. gent. aut ciuili. alioquin diceretur potius voluntas seu appetitus ferinus, & bestialis, carens humana ratione, quæ ad cognitionem veritatis nos perdicit. l. solam. C. de test. & l. scire leges. ff. de leg. & veritas non consistit in verbis scripturarum, sed in eorum sententia, non in superficie, sed in medulla, nō in folijs sed in radice rationis. Pet. de Anca. in cons. 284. quem adducit Maf. in sua pract. §. ultima. num. 36. Sed nunc redeundo unde digressus sum ad materiam nostram, testum, non ab te hæc obiter dixi, nec extra stilum scriptentium, ut videre est apud Gulielmum Benedictum, in aurea repe. capit. Raynuttus de testam, Medicis etiam si extra eorum artem deponant, & qui alias scientiam docent, licet & ipsi minoris sint, admittuntur ex generali consuetudine, & Iurisconsulti de iure, Medicos vero rigor iuris non admittit, si minores sint, quia respectu Medicinæ tantum non habent dignitatem, nec nobiles vocantur, secus quatenus considerantur ut Philosophi, & conuersi sunt est, an illorum sit ars mecanica; consuetudo tamen eos admittit, idem forte in iudi magistris, per gl. in §. sancti sociimus. in authen. de test. facit tex. in l. placet. C. de episco, & cle. Nihilominus in ijs, quæ pertinent ad eorum artem, omnes, quamvis minores 20. anno. testes esse possunt, & æquè idonei, Ang. in l. argentarius. §. si. ff. de eden. vbi etiam inquit, medicos reculantes testificari, an vulnus sit letale, vel cicatrix apparitura, tenentur parti ad interesse, immo compelli possunt, quorum testimonium de crudelitate senet, & est communis opinio Bart. & Doct. in l. l. ff. de ventr. inspic. & procedit tam in causa ciuili, quam in criminali. vt in authen. de non alie. §. quæ autem Cano. in c. proposisti, de frigid. & Patis. de Put. in tract. synd. in verb. Tortura. 3. c. 6. nu. 1. dixi infra nu. in 3. parte. Notariorum autem, qui procurationis officium duntaxat exercent, testimonium non valet, si minores sint. 20. ann. licet secus sit de consuetudine, propterea quod eorum exercitum dicitur vile, pulcre Caualca. decis. 41. in prima par. vt enim Marsupium implicant, verba clientulis vendunt, & coram iudice, vt prontiores & sufficientiores apparent, obsecrant, increpant, & strident in omni impudentia, & indoctrina. Et isti sunt, qui fundantur tantum super eorum priuilegio, & non student, quorum nomina tanquam nota lippis, & tonsoribus non sunt scripta in libro hoc. Cæteri autem, qui nedum ex priuilegio, sed etiam ex collegio sunt Notarij, licet procurationis of-

ficium exerceant, isti nobiles vocantur. Innoc. in cap. 4. de fide instru. & Oldrad. consil. 75. & Caualca. d. deci. 51. per totutum. in prima parte. Bart. in l. 1. C. de mandatis Princ. & in l. eadem. §. hac lege. nume. 4. ad leg. Iul. vi inter nostrates sunt Dom, Philippus Caualcanus mihi frater sobrinus. Dom, Ciridonus Stradella parentum meorum sobrinus. Dom, Augustus Biana de S. Ato Nazario & ijs similes, mihi amantissimi, & isti sicut minores sint, tamen testes idonei sunt. Absoluimus enim videtur, quorum fides publica aut thenticaq; est, illorum pro privato testimoniū non valere. facit in prop. Spec. in titu. de instrum. edit. §. restat, versic. sed cum litteris epis coporum. & ratio est, quia tabellio iuratus est. cap. ad audientiam, extra de prescriptio. capitul. illud, in fine extra de presumption. & vide te omnino. Spec. in dicto §. restat, ubi latē de fide tabellionum, & de eorum dignitate filij. in c. series. de test. & in c. cum cauālcam. eo. tit. Dec. in c. quoniam contra col. 4. de prob. ultra Pet. Vrzol. tract. de Art. Not. cir. princ. vi. Luc. de Pen. & ibi tex. C. de Decur. lib. 10. vbi de Testium, & scripturarum fide, & qui præualeant, an testes, an tabellio, an testes, an scripture, & in quib. casib. requiritur scripture, & nō testes, & e contraria & dicā infra n. 36. cū seq. in 3. p. & Bart. in l. hac cōsultissima. C. qui test. fa. poss. & quibus casib. pro Notario præsumatur ponit Mascar. de probat. conclus. 1093. & 1095. vol. 2. & supradicta intelligenda sunt, quod eti prædicti omnes minores sint 20. ann. tamen ratione annexæ dignitatis admetti debeat, & ex causa scientiæ, & eorum officiis. Nam ratione adiuncti conceditur, 57 quod simpliciter non concederetur. l. Imperator. la secunda. ff. de sta. hom. Mars. pract. §. diligenter. nu. 123. Quinto fallit supradicta regula in casu necessitatis, quando scilicet probationes & inditia haberi non possent, quo casu omnes regulæ fallunt, præcipue in materia testium, nō obstantibus statutis vel alia dispositione; legib. 58 quidem necessitas non obtemperat, l. im possibilium. cum vulg. de reg. iur. & quod alias esset improbabile, ob necessitatē fit probabile; Fiac. Curt. eod. tracta. nu. 61. quæ opinio est communis & ita de consuetudine obseruatur vt dicit Bal. in Aut. apud eloquentissimum. C. de fide instrumen. licet in alio casu loquatur, & hæc de Mætate testium sufficiunt. Hoc tamen non omit tam, quod testes deponentes super prescriptio ne tanti temporis cuius initij memoria non sit in contrarium, debent esse annorum 50. alias non dicuntur legiūm secundum Gem. in c. 1. de prescrip. & alios quos adducit Octau. Pedemon. decis. 101. nu. 26. vbi dicit quod imo debent agere 54. ætatis annum, sed quicquid sit, sat est esse annorum non minus 40. iuxta vulgare dictum, quod qui non habet in arte in annis triginta, & ignorat in ann. 40. nec amplius habebit, nec ultra adiçere poterit.

59 Sequitur de sexu, seu natura testium dicere; nec ambiguitur, an masculi testes esse possint. sed ad foeminas dirigatur sermo, & licet Steff. Aufz. in suo tract. de test. nu. 69. videtur facere regulā affirmatiuam, quod in ciuili, & criminali causa foeminae sint testes, exceptis certis casibus, idem videtur facere Specu. eodem. tit. §. primo. vet. sic excipitur, quod est mulier. tamen ex aliorum communi intelligentia mihi videtur regulam posse formari negatiuē, videlicet quod foeminae regulariter prohibentur esse testes in qua liber

liber causa, sive ciuii li, sive criminali, propter generalem rationem ab omnibus assignata tam. vel saltem non sunt testes idonei. Farinac. q.59. per tot. eo. de test. Nam mulierum genus aquatissimum dicitur, & vt folia a vento, ita & mulieres ab appetitu mutabiles. l. filia. C. de in offic. testam. nimis enim voluptuosè blanditijs hominum adhaerent; & ratio rationis est quia coitus in fœminæ est maioris delectationis, quæ in viro, vt inquit Benedict. in c. Raynatius. nu. 27. versic. & dotem. &c. parte prima de testam. quæ ratio militat in utroq; casu; & est iuriis indubitate, quod secundum Can. fœminæ non admittantur, per tex. & glo. in c. forus de verborum significatione glo. in c. ex eo. 15. q. 3. sed in criminalibus causis ciuiiliter intentatis, ius Can. vult quod admittantur, pract. Corrad. fol. 105. Anan. cons. 17. tex. in c. tam literis, & in c. quoniam. de test. Steph. Aufr. d. nu. 61. & lul. Clar. §. fi. quæst. 24. versic. quæro. Iure autem ciuiili in distincione fœminæ admittuntur tam in ciuiili, & in crim. tex. in l. prima. & l. 3. §. lege lul. de test. est com. opinio. de qua testatur Crot. eod. tract. n. 57. & Vii. com. op. fol. 281. & ex hoc Steph. & Aufr. & Spec. vbi supra regulam affirmatuā fecerunt; verum quia in utroq; iure plures sunt casus, in quib. nō admittuntur illis, in quib. admittuntur ipse confitmo, regulæ scilicet negatiuā quæ amplexor sic, fœminæ regulariter in testes adhiberi non debent in aliquo contractu, vel distractu & ita est communis obseruantia, ergo multo minus in causis, proueniētibus a delicto, vel quasi. arg. l. manifestissime. C. de fur. In ultimis voluntariis fœminæ non admittuntur. l. qui testamento. S. mulier. C. de test. glo. & communiter Doct. in §. testes. Institu. de test. & in l. hac consultissima. C. eod. de testa. quod de iure communni procedit, at de iure canonico controversum est, tamen senior, & magis communis opinio est, quod non possint, ita testatur Dec. c. 3. extra eo. Alex. cons. 70. vol. 2. & Michael. Cras. in eius elegant. tract. vlt. volun. §. testamentum. quæstio. 57. & dicam infra nu. 71. fallit modo tam in contractibus quam in vl. volunt. si ex consuetudine in aliqua regione fœminæ testes esse possint, quæ consuetudo si est approbata, illa pariter seruanda est, l. minime. deleg. l. si aliena. ff. de off. pro cons. Crot. eod. tract. nu. 57. & intellege, vt per Baulca. decis. 11. nu. 48. & seq. prima pat. fallit etiam in causa criminali in infra scriptis casibus, (licet in pari casu plus creditur viro, quam fœmina, nisi fœminarum testimonium tendere radfauorem, & testimonium masculorum ad odium. vt est gloss. singifi. in capitulo clericor. 81. distinct. & tenet Panorm. in c. forus. de verb. sign.) & dixi infra num. 179. part. 2.

Primus casus est in crimin. lsf. maiestati s. quia (vt inquit Boss. d. iir. nu. 111. Decia. de Delict. Thom. 2. titu. de proba. in crim. lsf. maiestati. c. 45. per 10. in tali criminis) Testium omnium habilitas, & inhabilitas est adæquata, text. in l. de minore ff. de quæstio. fallit, si testis esset inimicus. in l. famosi. ff. ad leg. lul. maie. exemplo illius mulieris, quæ in coniuratione Catilinae testimonium perhibuit, & valuit, de qua in d. l. famosi. & per Crot. eo. tract. vbi supra nu. 57. qui dicit, mulierē illam fuisse meretricē, quod peius est; Secundus casus est in crim. hæresis, & contra hæreticos. dicto c. quoniam. & cap. tam literis, exira eod. Tertius in causis capitalibus ci

uiler intentatis, sed hic. Clar. dicto §. fin. q. 24. versi. add. videtur, indistincte loqui. quod viro que iure hoc in casu admittantur fœminæ, alleget Alex. cons. 11. n. 6. volum. 1. & vital. in trib. de test. sed quicquid dicat, hoc est verum solum de iure ciuiili, vt ipse postea fatetur: Tamen in causis capitalibus merè criminalibus admittuntur ex consuetudine, præsertim quando veritas aliter haberi non posset, vt tenet Crot. eod. tract. num. 12. & ita seruatur. Quartò fœminæ admittuntur in casu excessus coram iudice pro tribunali sedente facti, sive in contemptum iudicis, sive ad vindictam aduersarij, quia quod sit coram iudice pro tribunali sedente, illud dicitur notorium. Clar. §. fi. q. 9. in princ. vbi idem si de 66 lictum erit factum coram maiore parte populi. qui populus constat ex decem hominib. Bald. in Auth. quod locum, in fi. C. de collat. Et delictum per decem homines probatum, dicitur notoria probatio. Clar. d. q. 9. vers. Item quarto. vbi distinguuntur inter publicam famam & notorium. & infra. in seq. pat. nu. 27. cum seq. diceatur, & facit de Brachio Reg. n. 91. cum seq. Bos. in titu. quomo. pro. in crim. not. n. 7. notoriè fa- 67 ctum esse, in notorijs enim iura transgreduntur: Saly. in l. ea quidem. ff. de quæstio. vbi multa in materia notoriij habentur. & per Foller. in sua pract. ctim. versic. item quod est notorium. Gand. in tit. quo. de malef. cognos. per denuntia. versic. sed quarto. Et nota etiam, quod si quid per decem testes probatum fuerit, quod illud præsumitur notorium. vt inquit Bald. in auth. quod cū C. de coll. quod in practica notatu dignum inquit D. Caualc. frater meus in Dec. prima. sub. nu. 39. in 2. parte & illud quod est factum coram decem personis, notorium esse dicitur. Crau. cons. 121. nu. 1. doct. vt in l. ea quidem vbi Cyn. & Saly. C. quia a cas. non poss. pulcre. Menoc. de arb. iud. cas. 166. & quia supra dictu 68 est, quod testimonium viri præualet testimonio mulieris in illis videlicet casibus, in quibus specialiter testes esse possunt, tamen testimonium fœminarum præualet quando Masculi sunt rudes rustici & ignari, & fœminæ sunt nobiles & Virage. Petr. Gerar. sing. 11. nu. 2. Due. reg. 315. & Tiraq. de leg. cōnub. in 9. limit. nu. 50. vbi art. Mulierem in omni causa admitti si est bonæ conditionis & famæ, præterquam in testamento, sunt tamen aliqui casus, in quibus attenditur testimoniump mulierum, & non viris, vt de partu agnoscendo, per nutrices, commates, obstetrics, & ijs similes, de quibus per Bart. in l. prima. ff. de vent. inspic. & in l. de tutela. ff. de in integr. restitutio. Paris. de Put. tracta. synd. verb. tortuaria 3. c. 6. nu. 2. vbi latè. Item in estimatione alibi operis lini, subtiliter, artificioseque manu facti, a prudentibus illis mulieribus, quæ acu, colo, & fuso diu noctuque minime parcunt. & facit 69. tex. in l. septimo mense. de sta. ho. in arte enim 70 sua quilibet bonus, ad no. per Bart. in suo tract. de test. in verb. Cerdonem. nu. 61. Ast caueant istæ mulieres, quæ tam alba & pulchra acu variant frigia, ne ea faciant in plenilunio, alias de albo fieri rubrum. Quinto casu admittuntur, si maximo perfulgeant honore, & magnæ prudènziæ, & existimationis, sapientiæque existant. argu. tex. in l. ad egregias personas. vbi Docto. de iur. iura. & legitur de illa muliere Ioanna, alias nomine Puella, quæ & virtute, & sapientia, & animo adeo viripotens fuit, vt ad omnia super sensum fœminum respondebat. de qua & nō nullis

nullis alijs eximiæ virtutis, meminit Gul. Bene dict. in d.c. R. synutius. nu. 14. cum seq. in verb. duas habens filias. par. prima. de test. sed olim hæc fuere, nostris autem temporibus quænam est ista, & laudabimus eam? Sexto & ultimo fœminæ admittuntur in subsidium. Ioan. And. in add. ad Spec. eod. tit. §. primo. d. versic. item excipitur, quod est mulier. Alex. conf. 24. vol. 2. Cro. vbi sup. nu. 56. quod idem videatur, ut sup. dixi, quando veritas aliter habeti nō potest. Dec. conf. 363. col. 2. Grat. conf. 102. nu. 20. Viui. co. op. fo. 15. & 81. & Carpa. de statu. c. 90. nu. 79. p. prima. Sed in criminalibus causis dū veritas sciri potest a Masculis feminae non debent adhiberi in testem nisi in subsidium. ut per Farina. d. q. 59. nu. 8. immo Florentiae, in 3. vol. statutorum cauerit quod mulieres non possint examinari. ut Rub. 20. & quando opus esset debet fieri coram parocho ac alijs personis honestis.

